**P**atronæ preceptor pater:  
**S**ed cur remotus tamdiu degam arguis:  
**P**ioq; motu irascens:  
**C**onducit istud: aut necesse est aut placet  
**V**el aliud quid horum est.  
**I**gnosce amanti: si geram quod expedit  
**G**ratare: si uiuam: ut libet

Est & Nō pythagore

Nemo silens placuit  
multi breuitate loquuntur

Vasconis saltus

Pyrenei iuga

Annibal p̄fidus

Sertorius

Bilbilis

Calagoris

Sicoris fl.

Ilerda

Trabea

Curulis sella

Echo

Bellerophontes

Ambiguis sererent uerbis: contra omnia solum

EST respondebat: uel non: O certa loquendi

Regula: nam breuius nihil est nec plenius istis

Quæ firmata probant: aut infirmata REclinant.

Nemo silens placuit: multi breuitate loquendi:

Verum ego quo stule dudum spaciofa loquutus

Prouehauit diversa sibi uicinaq; culpa est:

Multa loquēs: & cuncta silēs: Non ambo placem?

Nec possum reūcere: iugumq; libera nunquam

Fert pietas: nec amat blandis deponere uerum:

Vestisti pāline tuos dulcissime mores

Vasconis hoc saltus & Ninguida pyrenei

Hospitia: & nostri facit hæc obliuio cæli.

Imprecer ex merito quid non tibi hiberia tellus?

Te populent poeni: TĒ perfidus Annibal urat:

Te belli sedem repeatat Sertorius exul.

Ergo meum patriaq; D̄Ecus culmenq; senatus

Bylbilis: aut hærens scopolis Calagoris habebit:

Aur quæ deieftis IVga per scrupo la ruinis

Arida torrentem Sicorin despectat Ilerda.

Hic trabeam Pauline tuam: latiamq; curulem

Constituis patriosq; ista sepelib; honores:

Quis tamen ista tibi tam longa silentia suasit

Impius: ut nullos hic uocem uerrat in usus:

Caudia non illum uegetent: non dulcia uatum

Carmina: non blanda modulatio flexa querella:

Non fera: non illum pecudes: non mulceat ales:

Non quæ paſtorum nemoralibus abdita lucis

Solatur noſtras Echo REſecuta Q. Verellas

Tristis egens: deferta colat: tacitusq; periret

Alpini conuexa iugi: ceu dicitur olim

Mentis inops cetus hominum: & uestigia uitans

Auia perlustrasse uagus loca Bellerophontes.

Hæc precor hanc uocem boeotia nomina musæ

Accipite: & latius uatem reuocate camœnus.

Caſuonius Thedradio Salutem.

O qui uenustos uberi facundia

Sales opimas thetradi:

Cauesq; ne sit tristis: & dulci carens

Amara concinnatio.

Sepelib;

XXVIII

Qui felle carmen atq; melle temperans

Torpore musas non finis:

Pariterq; FVcas queq; gaſtu lGnaua ſunt

Et quæ ſapori triftia:

Rudes camœnas qui ſuiffe præuenis

Aeuoq; cedis: non ſtilo

Cur me propinquum Santonorū mœnibus

Declinas: ut lucas boues

Olim resumpto præferoces prælio

Fugit iuuentus romula:

Non ut tygris te non leonis impetus:

Amore ſed caro expeto:

Videre alumni gestio uultus mei:

Et indole optat: frui.

Inuitus olim deuoraui absentiae

Necesitatem pristinæ:

Quondam docendi munere aſtrictus granl

Inculifna cum te abſconderet

Et inuidēbam deuio ac ſolo loco

Opus camœnarum tegi:

At NVnc frequentes atq; claros nec p:ocul

Cum floreas inter uitios.

Tibiq; noſtras uentus auras deferat:

Aureſq; ſermo uerberet.

Cur me ſupino pectoris faſtu tumens

Sperniſ poetam conſulem?

Tuiq; amantem: teq; mirantem: ac tua

Desiderantem carmina:

Oblitus alto negligis fastigio:

Pleſtendus exemplo tuo.

Nil stabilis æuo pectoris noſtri fides

Quanq; recuſantes amet.

Vale: ualere ſi uoles me: peruola

Cum ſcrinio: & muſis tuis.

Caſuonius probo præfecto, prætotio. S.

Oblata per antiquarios mora ſcio promiſſi mei gratiam evpe

ſtatione consumptam probe ui: optime. In ſecundiſ tamē ha

beo non ſefelliffe apoloſis Titiani & nepotis chronica quaſi

aliros apoloſos. Nam & ipſa inſtar ſunt fabularum ad nobilita

tem tuam niſi gaudens atq; etiā glorians fore aliqd: quod

Sueſſe rudes camœnas

Lucē boues. i. elephanti  
Romanorū hiftoria

Inculifna

Antiquij

Titiani apoloſi

Nepotis chronica


D ivii

Primum in secundis fascibus  
 Nam primus e cunctis erit  
 Consul secundus Principi.  
 Generi hic superstes aureo  
 SAtorq; prolis aureæ:  
 Conuici tascrum senem  
 QVi Sæculū omne ferreum  
 Qui uincit æui iniuriam  
 Stirpis nouator ANniæ  
 Paribusq; comit infulis  
 Annitorum stémata.  
 Probum loquor: scis optime  
 Quem nemo fando dixerit  
 Qui non prius laudauerit.  
 Perge o libelle. & utere.  
 Fœlicitate intermina:  
 Quin & require: si finet  
 Tenore fari obnoxio  
 Age uera proles romuli  
 Effare causam nominist  
 Vtrum ne mores hoc tui  
 Nomen dedere: an nomē hoc  
 Secuta MOrum regula:  
 An ille uenturi sciens  
 Mundi supremus arbiter  
 Qualem creauit moribus  
 Iussit uocari nomine?  
 Nomen datum präconiis  
 Vitæq; testimonio.  
 Libelle fœlix: quem finu  
 Vir tantus evoluet suo  
 Nec occupari tempora  
 Grato queretur otio.  
 Quie mille CVm uocis modis  
 LEni Aur susurro impartiet.  
 Cui uigiles luminum  
 Vacare dignabunt choreæ  
 Quem mente & auro consciis  
 Quibusdam omissis pelleget  
 Quæcunq; fortuna est tibi;

Senex ascreus .i. hefiodus

Annia familia


 Nomina in di a deo  
 p̄fessio futurorū morū  
 ex platomis creatylo


 al. quū  
 Dignabunt  
 Pelleget

ad institutionem tuorum sedulitatis meæ studio conferatur:  
 libello tamen apologetorum antetuli paucos epodos studio in  
 te obseruantæ meæ impudentissimos paucos quidem. ut ego  
 loquax judico. Verum tu cum legeris. etiam nimium multos  
 putabis. Adiuro beniuolentiâ tuam uerecundiæ meæ testem:  
 Eos mihi subita persuasione fluxisse: Nam quis hos diu cogi-  
 taret? Quod sane ipsi perse probabunt. Fors fuat si mibi ui-  
 ta suppetet: aliquid rerum tuarum quanvis incultum expoliā:  
 Quod tu & si lectum nō probes. Scriptū boni cōsules. Cung  
 ego imitat⁹ sim uestaniā Chænili⁹ tu ignoscas magnanimitate  
 Alexadri. Hi igitur ut Plantus ait: interim erunt Antilogium  
 fabularum garruli & deceptores. Qui compositi ad honorifi-  
 cétia obsequium ad aurium conuicium concurrerunt. Vale:  
 & me dilige.

Ad librum ut eat ad Probum;  
 Dimetrum Lambicum:

Sirenū

Perge o libelle sirmium  
 Et dic hero meo ac tuo  
 Aue: atq; salue plurimum:  
 Quis iste sit nobis herus  
 Nescis libelle: an cum scias:  
 Libenter audis: quod iuuat?  
 Possem absolute dicere:  
 Sed dulcius circumloquar:  
 Diuq; fando perfuerat.

Hunc dico: qui lingua potens:  
 Minorem atridam præterit  
 Orando pauca & musica:  
 Qui grandines ulysssei: &  
 MELLifuentem Nestora  
 CONcinnat ORe & Tullium  
 Qui solus (exceptis tribus  
 Heris) heroum primus est:  
 Prætorioq; maximus.  
 Dico hunc senatus p̄fulem  
 Præfectum eundē & cōsulem  
 Nam consul æternum cluet  
 Collegam Augusti cōsulim  
 Columen cylulis romulae

Menelaus orator

Ulyssis grandis

Nestor

Tullius

Cluet

Plant⁹


 menelaū q ab homero  
 ab eloquentia cōmendat  
 lege tertiū iliado⁹



Garumnae grea  
Santomici campi

Piplets  
Autummedo

Cifui  
Veredū pigrū  
Rheda  
Cantherius  
Metiscus Auriga

Crebennus

Choriombus loedo  
polus

συρφιαλιδέ<sup>η</sup> οὐας σύν διπόμιλον σάρων  
εύμου ἀκίχει μέρου solatia blanda requiras.  
Hicerit & fructus Δημητερος διγλαδόκαρτου  
ἔνοστον ἐλλαρεοί πολυχονίας αριστούλα<sup>η</sup> την  
κινάνεικεοθέλοισκέταρον δύναοιο βόνοιο <sup>την</sup> δινον  
Ambo igitur nostrae παραλαβόμενον οἰανοίται<sup>την</sup> hoc protulit  
Dum res & ætas & sororum.  
νημα Τα πορφύρεω πλέκεται  
ἀνσόμιος παύλω.  
βρωμάσιωρύπα Τοξόφετα λογώνδεποιητής  
αυσονίος παύλω σπεύδε φίλοιστιδέειν  
¶ Ad Amicum ut quam primum ad se ueniat.  
Aequoream liqui te propter amice garumnam  
Te propter campos incolo lantonicos.  
Congressus igitur nostros petet tibi cura:  
Quæ mihi: conspectu iam potiere meo  
Sed tantum appropera: quantu poteris corpore, & aeuo  
Ut saluum uideam: sat cito te uideo.  
Si post infastas uigor INtegratus habenas.  
Et rediit membris iam sua mobilitas.  
Si riguam latēs recolis pipleida musis  
Iam uates & non FLagifer αὐτομέλων.  
Pelle soporiferi sénium: nubemq; ueteri ni  
Atq; alaci mediam caipe uigore uiam.  
Sed cīsum: aut pigrum cautus concende ue redum mitu difficult  
Non tibi sit thedæ: non amor actris equi.  
Cantheri moneo male nota petorita uites.  
Nec celeres mulas ipse metiscis agas:  
Sic tibi sint musæ faciles: meditatio prompta  
Et memor: & liquidi mel fluat eloquii.  
Sic Q VI uenialis: tam longa ætate crebennus  
Non habet emptorem sit tibi pro pretio.  
At tamen ut citius uenias: leuiusq; uehare.  
Historiam: mimos: carmina. linque domi.  
Grande onus in musis tot sacula condita chartis.  
Quæ sua uix tolerant tempora: nostra grauant.  
Nobiscum inuenies επένω πολύμορφες πλησίη  
γραμματικῶν τέπλοκάδες καὶ λογοδαιδαλίνη  
δάκτυλον πρώῶν καὶ λοιδοπόλω χορίαν βορ  
συρθαλίγχόρω σύρμα τα Τερψιχόρης.

1. uterq; ionicus a maiori & a minori  
XXII

Cingulus Sotadicus  
Ionius uterq;

Θεοτάχικόν Τεκίνατίθρισθικόν διαφορέρθεε  
ρύσσων πάνταρικῶν ἐννομον ἐνεπτίην  
εἰλιπόδημετκάζομετα, καὶ οὐ σκάζοντατρίμετρον  
δικτώ θουκυδίδους ἔνμεσα ἡροδότου  
ρητορικόν διάμαρτφων ἐρικυδέαφύλα  
πάνταμάλαδένελοις καὶ πλέσην ἐικεθέλοις

Hoc tibi de nostris απάγκοφ offero libris.  
Vale ualere si uoles meiam ueni.

Ausonii Peonii Poetæ Dissertissimi Epistolarum  
Liber Fœliciter Explicit.

CAVSONII PERIOCHA IN HOMERVM ET  
Primo Iliados.



I HOMERVM Scriptorem Troici Belli eatus  
nus qua iliadem suam incipit: quaque finit: per  
censemus orsum ab iracundia Achillis ad ses  
pulturam Hectoris. quattuor & uiginti libros  
contexuisse monstrabimus. Hæc eius species  
apparet summam cutem primi operis intueni-  
ti. Verum hoc scripturæ ipsius tempus Troiano bello non totum  
sed pene ultimum fuit. Nam si ratio putada est oppugna-  
tionis decennis nonus fere annus: idemque prope finem sui ea  
negotia continebit: quæ ab iniuria Agaménonis ac brisei-  
dis usurpatione: usq; ad funus Hectoris digna memoratu erit:  
illæ temporum series: quæ ab eiusdem belli causis atq; origine  
pertinet ad urbis excidium: Atq; ex eo eueneriut ignatis iudi-  
candi & Oeconomiae expertibus: Multa nobilia ab exordio  
belli usq; ad Achillis iurgium omissa uideantur. Nec minus  
multa ab Hectoris funere ad usq; deletum ilium. Quorum q-  
dem maxima expectatio erat propter tam longi certaminis co-  
sumationem. Sed ut diuinum poetam nihil quod illustre sue-  
rit: omisisse appearat: Atq; omnia quæ finiri oportuit: cōdigis-  
sebriuiter & in Epitomæ speciem bellii, Troici causam origi-  
nis: apparatusq; quæ annis superioribus acciderunt: retexui-  
mus. Hotum omnium prima origo est Paridis iudicium ins-  
ter deas: deinde Classis contextio: Qua idem Paris in Euro-  
pam nauigauit.

Homerus incepit ab  
ultima parte nomi  
anni bellū troianū  
lego scissa serie

De helenā diuersae  
opiniones

Protens egypti rex

Chryses

Achilles

Calchas

Agamemnon

Briseis

Thetis

Aegeo

Ulysses  
Thersites

Tum raptio Helenæ: quæ opinione veterū bipartita est: quod pleriq; Helenam iuxta Homericum plasma ad Troiam deportatam fuisse extimauerūt. Nonnulli autem opinati sunt: Cum Alexander cursu deerasset: delatusq; ad Aegyptum fuisse: cognita hospitalis foederis iniuria PEr Aegyptium regem seruā tissimum iusti virū Helenam cum iis: quæ una cum eadem fuerant: areptam paridiq; sublatam: Expugnato demū Ilio Menelao restitutam.

#### ¶ Periocha Libri Primi Iliados.

Iram diua refer natī peteos Achillei  
Pestiferam: quæ mille dedit discrimina achiuis.  
Chryses apollinis sacerdos ob redimendam filiam cum Agamemnoni supplicasset: & contumeliose repulsus deum praecatur ultorem. insecuta subinde graui pestilentia: cum græcorū exercitus interiret: cogit Achilles concilium: & ab eodem intuitus chalchas morbi causam compellitur indicare: quæ cognita Agamemnon concitat in Achillem: qui percusus iracundia etiam cedem regis audebat. Nisi eum in ultimum furem progedi Minerua uetusseret: A quo Briseis concubina in locum Chyseidis: quæ patri redebatur: abducta est. Inde Thetis mater ad cælum lachrymas & contumeliam filii miserata proficiscitur. Quæ fiducia defensi quondam cū Aegeo  
ne Iouis ultum iri affectanti iniuriam: obtestatur sumnum deorum: ut Troianos in rebus bellī superiores esse patiatur. Quibus Iuno compertis iracunde aduersum coniugem componuetur. Sed gliscens lurgium perderidiculum ministrante Vulcano simul consilii specie intercedente lenitur.

#### ¶ Periocha Secundi Iliados.

Cælestes hominumq; genus superabile curis  
Tranquilla obscuri carpebant munera somni.  
At non peruigilem nox irrequieta tonantem  
Lenuit immodicos uoluentem corde paratus  
Cædibus ut graium læsum ulciscatur Achillem.  
Iupiter Agamemnonem somno monet prælii faciendi tēpus  
adesse: Ne conctetur dimicare. Tum ille in concilium processibus aduocatis mādatum Iouis & speciem nocturnæ quietis explanat. Mox in contione multitudine congregata pertentat militum uoluntatem: utq; deposito bello ad sua quiq; redeat cohortatur. Iamq; omnibus nauigationem Adhortantibus:  
fœda discesio ab Ulyse cohibetur. a quo etiā Thersites de for-

mis & Ioquax. & in Heroum contumelias uerborum licentia promptus cum acerba obiurgatione pulsatur. ipse Minerua monitu cunctos a profectione deterret. Sumpto deinde cibo armatur exercitus. Neq; secius a Trojanis instucta acies iride ita monente producitur. Sequitur enumeratio copiarum uirtutum. ut per catalogi seriem milites: naues: duces: patriæ res texantur.

#### ¶ Periocha Tertiī Iliados.

Argiuos sua quenq; acies in bella lequantur  
Dispositi. in turmas equitum cuneoſq; pedestres  
Turbida clangentes confundunt agmina troes.  
Instructum prælio exercitum (prius quā feriret acies) Priamus spectat e muris: & monstratu Helenæ de uiris insignibus edocetur. Dehinc Menelaus ad singulare certamen ab Alexandro prouocatur. Qui frustra Agamemnone dehortante congregatur. Facta inter utrosq; populos sponsonē & fœdere per sacra firmato sub ea conditione. ut uictorem Helena cum dote sequeretur. Sed superatus Paris: regressusq; ad urbē iurgio uxoris excipitur. Ab Agamemnone fœderis pacta repetuntur.

#### ¶ Periocha Quarti Iliados.

Iuppiter interea cum diis genitalibus una  
Concilium cogit. superum de rebus achiuis  
Ioui placet delere Troiam: ad quod pertinacia iuronis urgescit. Cumq; id fieri Minerva properaret dissidium fœderis comminiscitur: & Pandarum sagittandi peritum astu suadentis aggreditur: ut clam uulnerato Menelao Belli causa crudescat: quo facto a græcis preliū instauratur congressisq; exercitibus mutua clade decernitur.

#### ¶ Periocha Quinti Iliados.

Hic & tydideum monitum tritonia pallas  
Audaci uirtute replet: uomit aurea flammæ  
Cassis: & undantem clypeus defulgurat ignem  
Ipse autumnali clatum micat æmulus astro  
Diomedes auxilio mineruæ strenue præliatur. Venus quoq; filio subuenire conata: uulnere effecta digredif. Mars eriam fit saucius exceditq; bello. Sequitur Tlepolemi Sarpedonisq; congressio. Et Tlepolemus Herculis filius certamie uictus occidif.

#### Periocha Sexti Iliados.

Solæ decertant acies sine nomine diuum:  
Cessante auxilio uacuiq; exorsa laborem

ris

Menelaus ab ale  
xandro prouocat

Pandarus

Venus uulnerata  
a Diomedē  
Mars uulnerat  
Tlepolemus  
Sarpedō

gati achiitorum re non impetrata iriti reueruntur.

**C**Periocha Decimi Iliados.

Cætera per naues somno lopita manebat.

Turba ducum:solum cura anxia uexat Atidem

Vlysses & Diomedes speculatum nocte progressi

Dolonem conspicantur:qui & ipse promissis Hectoris incitatus.græcorum consilia exploratum prodierat.

Et fateri uniuersa compulsum eodem loco interficiunt.

A quo DE aduētu Rhesi Thracum regis edocti: ipsum Etiam cum eo obruncant:Equoq; eius p̄emium simul & testimoniū grassationis abducunt insignes candore & celeritate:ut & niuib; & uentis antecederent.

**C**Periocha Undecimi Iliados.

Tithōni croceum linquens aurora cubile

Spargebat terras referens operaq; atq; labores,

Ab omnibus græcis egregie quidem sed improspere dimicat:

Quorum proceribus vulneratis incognitæ multitudini pugna committitur:qua afflictione fortunæ Achilles paulisper INflexus Patroclum mittit præsentia cognitum:Qui cum aduersi status nuncius reueteretur:Eurypilum contemplatur regnum ex vulnera fomentisq; medicæ artis admotis sedintegrat sanitati.

**C**Periocha Duodecimi Iliados.

Actorides fouet Eurypilum dum uulnere sessum.

Patris dubiæ apud græcos uel potius afflīte ultimæ fortunæ statu; aguntur:præstantibus procerum uulneracis cætero exercitu fugato aut formidine percuso Troiani naualium munimenta rescidunt.uallumq; transgressi auguriis iuantur ex euentu ambiguis.Itaq; & pars muri ab Sarpedone conuellitur & ab Hectore istu lapidis porta discuditur:& in ipsis naualibus pugna conseritur.

**C**Periocha Decimi tertii Iliados.

Iupiter admouit troas atq; Hectora classi

Neptunus miseratione cōmotus arguorum tuendis natibus auxiliator accedit:& usurpata uatis effigie Aiaces duos in prælium cohortatur: nec minus cæterā multitudinem præsentia maiestatis istigat.Idomenæus egregio certamie eminet.Troiani iam referentes gradum firmati rursum per Hectorem cōtrahuntur:& ingenti clamore utriq; certatur.

**C**Periocha xiii, Iliados.

Dolo

Rhebus

Rhesi equi

Eurypylus sauci  
us

lego portes

Porta castroru  
ab hectore uen  
lapidis discussa

Idomenæus

Helenus

Hecuba

Peplus minexus

Glaucus Lycius

Armoꝝ comitatio

9. Duces

Ajax telamonius

Hector idæus lapide

Muneratur illa se  
inuicè hector & a  
iayx.

Fortunamq; FErūt proprii discrimine sati.  
Troianis fortuna inclinatiore pugnantibus uates Helenus sua  
det ut Minerua placetur.Igitur Hecuba ab Hectore monita:ut  
peplum in arcem inferat:peragit uota cum matribus. Alexander obiurgatus a fratre pergit in præliu:Glaucus,Lycius,Aetho  
iusque Diomedes congressi ut dimicarent: Cum iam certamen  
oriretur:paterina inter se hospitia recordati:Facta armoꝝ  
permutatio discedunt.

**C**Periocha Septimi Iliados.

Hæc ubi dicta dedit pottis se se extulit Hector.  
Minerua Apollinisq; consensu fortissimus græcorum ab He  
ctor pronocatur.Nouem ducibus ad dimicandum paratis pu  
gnaturū deligi placet sortis euentu:ab Aiace Telamonio præ  
lium singulare conseritur.In quo Hectore lapide ictus in suo  
rum se recipit multitudinem.perseuerante certamine caducea  
tor Idæus interuenit.Tum inuicem missis muneribus pugna  
sedatur.Hector Aiace gladio:Ajax Hectorem Batheo mu  
neratur.Intercessu noctis exercitus quiq; in sua discedunt.. Die  
altero interfectorum humacio procuratur.Græcorum etiam  
naualia fossa ac uallo circundata muniuntur.

**C**Periocha Octauii Iliados.

Aurora in croceis fulgebat LVtea bigis  
Acto deorum concilio Iupiter pro parte pronunciatis uas quis  
q; exercitus forte decernat: Nullus deorum odio in alterius  
fauore procedat:In idam montem ipse digressus:unde GRE  
ci immissio terrore conteriti turpi fuga ad munimenta COM  
pulsi fossa & aggeribus sese TVentur.Iunonem ac Mineruam  
græcis auxiliari uolentes monitis Iouis iris exterrit.Dirempt  
q; ob noctem certamine uictores Troiani in ipso prælii loco  
excubias obsidionis instituunt Multisq; ignibus factis per to  
tam noctem de bellis ratione consultant.

**C**Periocha Noni Iliados.

Interea uigilum excubis cohibentur achiui  
Græcis & præterita dimicazione perculsis & instante conterri  
tis proceres ab Agamemnone conuocantur.Quibus rex fugæ  
consilia & apparatum ordinandæ per nocte nauigationis in  
dicit:Diomede & Nestore dehortantibus: Suadente auté Ne  
store Ajax & Vlyxes legantur ad Achillem dona ingentia pol  
licentes:si desistat irasci:& se auxiliatorem fessis rebus accom  
modet:Sed Achille in iracundia pertinaciter permanente, le

Ajax & vlyxes legati  
ad achille

## ¶ Periocha Decimi octaui Iliados.

Dum fuit in medio bellii uis ignea Martis.

Achilles in miserabile modū patrocli deflet interitum: quem ui doloris affectum consolantibus uerbis mater alloquitur: Nec Inultum amicum fore pollicens: perlaturam se se Vulca ni atma promittit. Interea & Iris ab Iunone dimittitur: cuius instantia Achilles extra uallum quāq; inermis egreditur: cōterritisq; Troianis super alios aliis PRæcipitantibus late fuga & latius formido porrigitur. eodemq; tempore & Vulcanus exhortatus a Thetide tota nocte (q; longa est) cælestia i gratiā Nymphæ arma mollitur.

## ¶ Periocha Decimi noni Iliados.

Oceanum intrea surgens aurora reliquit: Achilles armis cæstibus ope Vulcani & munere matris instruitur. Dein græcorum primoribus in concilium uocatis ira cundiam sub abolitione deponit: & promissis ab rege munib; coram contione ditatur. Tum militibus cibū capere iussi: ipse abstinet: Infesto deinde atq; intento exercitu pergit in prælium.

## ¶ Periocha xx. Iliados.

Iamq; adeo cellis armati E NAuibus ibant.

Milia que magnis unq; uenete mycanis.

At integris amborum copiis inter utrosq; exercitus pugna cōseritur: Dein permisso Iouis in partes deorum studia diuiduntur. Cum pro græcis Iuno & Minerua decertaret: neq; Secius eos Neptunus & Mercurius & Vulcanus affererent: Troianos Apollo cum ueneret: & Diana cum matre Mars etiam & cum eis Scamander adiuuarent: Tum Aeneas diis & uitibus iniqs; cum Achille congressum quanq; studens græcis nube circumdatum Neptunus eripuit

## ¶ Periocha.xxi. Iliados.

Intulerat fluiu trepidas fuga fœda cateruas

Troiani usq; ad Scamandri fluminis alueum fuga & terrore compulsi: cum iam longius abeundi spatium non pateret: in ipso amne: cum flumen exūdat. Ibi AB Achille. xii. milie troianorum iuuenes uincuntur: qui Patrocli inferis imolarentur. Ipse Vulcanus ardoris suis uim torrentis exurit. Tū in capum Achille progresso passim studia deorum pro sua singulari parte depugnant Troianorum exercitus instante uictore in moenia urbis impingitur.

Vulcani arma p  
achille

Achilles in pugnā  
prodit

Dij adiutoris utra  
rung; p tuū

Aeneas cu achille  
congrederit

Duodecim troiani  
in patrocli infer  
as immolati

## &amp; si potabat tamē concusſit

Concusſit quis P Otantem NEstorā clamor  
Attonitasq; aures pepulit grauitate tumultus.  
Iuno uinculū ueneris (cui Cesto nomen est) mutuata ad Iouē  
pergit in secessum mōtis idæ. exhortatoq; somno: ut eum cō  
mitteret in soporem: ac dehinc uigilias eius uxoris labefactat  
illecebris. Cuius ignoratione Neptunus abutitur: fortunamq;  
græcorū promptius auxiliādo restituit Aiace locro cæteros  
ultra præliante.

## ¶ Periocha.xv. Iliados.

Iam uallum fossamq; super Troiana iuuentus

Inffiterat: captæ minitans incendia classis

Jupiter somno expurgitus. uidet statum certaminis innouatū:  
pelliq; Troianos græcis opem ferente neptuno. itaq; aspere Iu  
none increpata & minaciter per iridem conterrita: fratrem iu  
bet auxiliatorem desistere. ipse Apollinem recreando adlegat  
Hectori: monetq; pro phrygibus belli instaurare foitionam.  
Tum & Ajax Telamonius strenue præliatur: & ab eodē plu  
rimis hostiis interfectis conflagratio Classis arctetur.

## ¶ Periocha.xvi. Iliados.

Dum face: dum ferro cellam OPPugnare CARinam  
Troest: & argolici pergunt defendere reges:

Achilles græcorum statum iam sub extrema forte miseratur:  
ARmis suis patroclum permittit armari. Qui cum myrmido  
num produxisset exercitum. consternatosq; Troianos Achillis  
specie fecellisset: Ruentes supra uallum & inuicem EFFugiētes  
cæco panore usq; ad campi aperta compellit. Deinde congreg  
sus. Sapedonem perimit: multisq; hostiū cæsis: ipse ab Hecto  
re interficitur: prius ab Euphorbo uulneratus:

## ¶ Periocha.xvii. Iliados.

Actoridem cæsum nec te Menelae fecellit.

Circa interemptum patroclum pugna contrahitur:  
Cū diuersi exercitus cōtéderet græci: ut corpus deféderet: Tio  
iani VT ad ludibrium cadauer eriperent: a Menelao Euphor  
bus occiditur: & ad ostentationem glorioſi facinoris Achil  
lis exuuiis Hector armatur. Antilochus ad Achillem nuncius  
cladis acceptæ Menelao istante festinat. Qui & ipse postea cū  
MERione intra naualium munimenta se recipit: cum tota mo  
les belli & Aiacicibus ingruisset.

Cestus ueneris

Ab aiace telamonio  
conflagratio classis  
prohibita

Patroclus armis ach  
ilis induetus

Sarpedonis mors  
Patrocli mors

Euphorbi mors

Antilochus

de contumelia domus & bonorum profligatione cōquestus  
consilia profectionis exponit antino resistente : qui eum pri-  
us quam mater nuberet abire prohibebat . Qua altercatione  
diu protracta concilium dissolutum est . Telemachus ad lit-  
tus procis ignorantibus pergit . Astantem sibi adorans miner-  
uum : peregrinationi accommoda parat : hortatē maxime deas .  
Quæ populum ipsumq; Telemachum mentoris simulatione  
fallebat . Instruēto ergo remigio & naue deducta Telemachus ;  
& minerua de portu uespere instante soluerunt .

¶ Periocha.iii.Odyssæ.

Iam Sol oceano radiatos promperat ortus  
Telemachus nestorem de patre punctatus nihil noui accipit  
ab ignorantе : uerum idem senex sequenti die cum pisistrato  
filio : ut ad menelaum pergaat hortatur . nec mora facto cōsilio :  
Nocte quippe ea quæ consecuta est apud pheras oppidū hos-  
spitio Dioclis uersati : altera Lacedæmonem peruehuncit .

¶ Periocha.iii.Odyssæ.

Iamq; adeo uentum ualidæ AD LAcademonis AR ces .  
Telemachum & : qui cum eo uenerat : Menelaus comiter ho-  
spitio accipit saneque sub uespera quædam de Vlysse cognos-  
cunt . Die uero altera totū nauigationis ordinem Menelaus  
explanat . Quodq; in Ogygia iſula promissis & illecebris nym-  
phæ calipsonis Vlysse Remoratur . Exponit . Q. Væ quidem  
proteus eidem narrauerat de græcorum Ducibus requirenti .  
Proci autem postq; de habitu Telemachi compererunt instru-  
cta : deductaq; nauī uiginti qui se se legerat nauigauere redeun-  
ti insidias molientes . circa asteriam ergo iſulam (quæ Ithacæ  
Samūq; interiacer) delitescentes occasionē fraudis expectant .

¶ Periocha.v.Odyssæ.

Liquerat in tepido tithonum aurora cubile  
Mercurius in Ogygiam iſulam deuolat ; ut Iouis monitis ca-  
lipso conterita Vlyssem patiatur discedere . Qui contextu ras-  
tis temere properate nauigationem solus aggreditur . Duode-  
cim uigesima die tempestate commota ex iracundia ifestante ne-  
ptuno . Trabium compago dissolutum : quo casu proditur ul-  
timæ spei & irritis cōatibus nando ab Inone dea misericorde  
seruatur : Quæ Calanticam capiti suo demptam natanti accō-  
modat . Cuius ille sustentatu ad usq; phæacum littus euadit .

¶ Periocha.xxii.Iliados .

Pulsa metu phrygios lustrabant agmina muros .  
Hector singulare certamine cum Achille congregatur .  
Priamo atq; Hecuba (ne pugnaret) orantibus . Minerua econ-  
trario specie Deiphobi (ut dimicet) adhortante Hector inter-  
fectus & religatus ad currū : Ter circum Mœnia troiana rapta  
tur . Deinde lacerum corpus defertur ad naues : ultioni Patro-  
cli & uictoris iracundia . Ad ulteriora supplicia reseruandum

¶ Periocha.xxiii.Iliados .

Troia uacat lachrymis ludi argiuā luctuūtus .  
Funebres ludi in honorem patrocli frequētantur : Quibus dio-  
medes equis superat : lucta & cursu ulysses : aliosq; alii genere  
certationis antestant .

¶ Periocha.xxiiii.Iliados .

Quisq; suas REpetunt missio certamine naues .  
Iupiter thetidem mittit ad filium cum mandatis eiusmodi : ut in  
defunctum saeuire desistat . fatigū hominum in examino hoste  
uereatur : ad sepulturam corpore restituto . Eiusdem iussu & iris  
cohortatur Priamum : ut auro filium rependeat examinū : Qui  
mercurio duce inter nocturnas hostium profectus excubias :  
Achilli supplex aduoluitur . Redemptumq; filium iusticio pu-  
blico : & deflet & sepelit .

¶ Finit Periocha Iliados .

¶ Incipit Periocha Primi Libri Odyssæ .

 Ic mihi musa uirū captæ post mœnia troiæ .  
Qui mores hominum multorū uidit & urbes .  
Minerua in Ithacam Ioue ita uolente descēdit .  
Mentorisq; raphiorū regis ducis sumit effigiē .  
Suasura telemacho : ut ad Nestorem menelaumq;  
festinet q recens domum regressi certi aliquid de ulyssē nouis-  
sent . Tunc phebus cytharista adhibitus conuiuo procorum  
inchoat Hebilem cantilenam nauigationis improsperæ quæ  
profectos ab Ilio græcos diueris SParsit exiliis : quem penelo  
pe digressa chalcidico argumento tam miserabilis offensa ma-  
teriæ : ut alia CONcinat adhortatur .

¶ Periocha.ii.Odyssæ .

Oceanio extulerat roseas au rora iugales .  
Telemachus ichacesios proceres cogit ad curiam : atq; ibidē

Hector interfactus  
& tractus

Ludi funebres in  
honore patrocli

Hectoris cadaver  
redemptu

3

qui cruentis dapibus expletis quas cæde sociorum eius instruxerat: uino etiam quod Vlysses ingesserat temulentus: cum in somnum procubuisse: ab Vlysse cæcatus poenas immanitatis exoluit.

### ¶ Periocha.x.Odyssæ.

Aeoliam uentorum agimus patriamq; domumq;  
Hinc refert Aeoliam se fuisse peruectum: donisq; donatum ab  
Aeolo rege uentorum qui ab omnibus comiter præbitis quo  
securior nauigaret uentos etiam dederit V T re conclusos: ut  
q; cum iam Ithace propinquaret refusus sit in soporem: socii  
q; eius opes aliquas in LOra inesse existimantes dormiente ipso  
uincula dissoluerint. Aduersisq; flatibus ab ipsa patria iam sine  
relati. Inde ut antiphatem lestrigonasq; delatus sit. Ibi amissis  
una minus ceteris nauibus Circeum litus accesserit. ibiq; ue-  
nificio potentis dee Eurylochus & præmissi cum eo socii IN-  
ferarum ora conuersi sint. ipse etiam similia passurus Mer-  
curio procurante uitauerit: cæterosq; socios ad speciem pristinam  
redigi uirtutis admiratione compulerit.

### ¶ Periocha.xi.Odyssæ.

At postq; uentum ad naues & littora ponti  
Digressus a circé auernum peruenit: qui locus descensus ad ma-  
nes extimatur. ibi sacris rite perfectis scrobem compleat sanguine  
uictimarum: & circum uolatibus animabus nullam finit  
haustum cruentis attingere: nisi ut circes monuerat prius Tire-  
sias uates inde libasset: ibi & Heroidas plurimas uidet: Quarū  
enumerationē multa ueterum fabulatum uenustate cōtexit.

### ¶ Periocha.xii.Odyssæ.

Iamq; adeo oceani liquidos pede liquerat amnes  
Compertis a Tiresia uate (quæ oportuit scire) regreditur ad  
Circem: ab ea q; ut euitet mala cætera edoceat. ut syrenas præ-  
tereat: letalem nauigantium cantilenam: ut Syllam præterue-  
hatur & carybdim freti siculo famosa portæta quibus malis nō  
sine graui perpessione superatis trinacriam peruehit: ubi in-  
castodita SOLis armenta frustra prohibente ipso cæteri socii  
penuria cogente dilaniant: dirisq; prodigiis admissa boum cæ-  
de terrentur. At mox inde nauigantes fulmine ad unum oēs  
intereunt: excepto Vlysses qui fragmento carinæ coherēs &  
adminiculō eius ad Ogygiam insulam solus erexit.

### ¶ Periocha Sexta Odyssæ.

Carpebat somnos dudum erumnosus Vlysses.  
Vlysses postq; ad Phæacum littus enauerat fatigationem dis-  
luit somno. Sed cum uirgo Nausica a regis Alcinoo litudum in  
acta cum æqualibus exercet: somno excitatus (ut erat nudus)  
erupit: foliorum oppositu pudēda uelatus: & cum supplex ad  
genua regiae uirginis aduolueretur Mineruæ instructu mouit  
anisericordiam salutarem: impositusq; carpento & ueste dona-  
tus usq; ad templum Mineruæ (quod ante urbem est) ita sua  
dente uirginis pudore prouehitur: ibiq; familiare sibi numen  
solita ueneratione precatur.

### ¶ Periocha Septima Odyssæ.

Orabat superos dudum laertia proles.  
Minerua in puellæ speciem mutata Vlyssem primum in oppi-  
dum mox in domum regiam ducit. Cūq; Arete uxor Alcinoo  
& unde uestem haberet: & cuia eēt: & qua sorte delatus sermo-  
ne ipsius comperisset bonum animum habere iussus suadente  
uestera concedit quieti.

### ¶ Periocha.yiii.Odyssæ.

Iam cælum rutilat roseis aurora quadrigis  
Alcinous nauigationis erumnā summatim ab Vlysse cognoscit.  
Exinde iussis primoribus in curiam conuenire aduentum  
hospitis & infortunia: diutinae iactationis explanat: Accitoq;  
ad conuiuum Vlysse citharam iubet pulsare demodocū: qui  
cum de dureo equo & de troico cantaret excidio lachrymas  
ulyssi memoria fortunæ superioris elicuit: Quas cum occulta  
re Sedulo conaretur: aut nultu dissimulās: aut ueste deterges.  
oculos in se omnium & maxime regis aduertit: Cum Alcinous  
causa fletuum cognita ut cūcta ex ordine tolerata differeret  
benigne omnia Pollicitus adhortatur.

### ¶ Periocha.viii.Odyssæ.

Tum uice sermonis fatur laertius Heros  
Quattuor istinc libri de Vlyssis errore contexti sunt: Namq;  
ab Alcinoo rogatus seriem multiplicis erroris exponit: ut ab  
ilio profectus: primum ad ciconas delatus sit: Atq; illuc expul-  
gnata lismaro ciuitate multis amissis fugatus abscesserit: utq;  
inde maleam Laconicæ promotorium circum egerit: Ac de-  
inde Lotophagos uenerit: Mox ad Cyclopum insulam: quæ  
Lotophagi adiacebat: cum una naue processerit: eaq; sedulo  
occultata ipse cū xii. sociis in antrū Polyphemi penetrauerit:

## ¶ Periocha.xvii.Odyssæ.

Iam cælum ioseis rutilat tritonia bigis

Telemachus Anxie matri ordinem peregrinationis enarrat:  
Vlysses ad oppidum Eumæo opitulante perducitur: Domū  
in qua proci epulabantur ingressus emendicat cibos miserabi-  
liter ambiēdo: inde AB Antinoo iniuriose afficitur. Cui pene  
lope diras ob inhumanum facinus imprecatur A qua missus  
Eumæus est ut hospes: sic enī se ferebat: ad EAm prouocare  
tur. Q. Vod tuni quidem inuitatus gratiam facit: Sed uenturū  
se se ad uesperam pollicentur.

## ¶ Periocha.xviii.Odyssæ.

Irrus adest populi per mendicabula notus

Mendicante intra proprios lates Vlysses. Alius quoq; pari ege-  
state Irus accessit popularis ithacensis stipes intriuīs solitus ro-  
gare. Iurgium ergo inopiae communis æmulatione conserit:  
quod ex uerbis processit ad manus. Hortantibus procis quo  
magis rixa crudesceret propositoq; premio caprini uentris  
omento: uictor igitur Vlysses seminecem irum extra ianuam  
proicit: ridicula adhortatione compellans: Penelope etiam  
munera sibi a procis pro opibus cuiusq; conferri singulorum  
stuia experiens depositit: quaē mature utpote a cupientibus  
offeruntur.

## ¶ Periocha.xix.Odyssæ.

At parte interiore domus secretus Vlysses.

Vlysses cum Telemacho arma omnia de medio amoliuntur  
procis perniciem comparantes: ne quid aut munimēti: aut teli  
relinqueretur: qui uel cauere uim: uel inferre possent AD Pe-  
nelopem inde accitu ipsius pergit. Ibiq; ut Eumæo dixerat: cre-  
tensem se esse mentitur. Vlyssemq; apud se hospitio diuersatū  
communiscitur. Mox cum Euycilia eius nutrix hospitalis offi-  
cii causa pedes eius elueret: tacto manus animaduertit cicatrix  
cemi quam habebat ex uulnere in Parmasso quondam suis den-  
te percussus. Quo argumento alumnū suū esse agnoscit. Sed  
ab eodē(ne quid ultra uel querat: uel gariat) coeretur.

## ¶ Periocha.xx.Odyssæ.

Iamq; procos genua amplectens orabat Vlysses.

Epulantibus procis Eresippus in Vlyssem crut bubulum iaeit:  
sed destinatione non potitur. Theoclymenus autem apud Itha-  
censes diuinationis ex parte iminens procis Vaticinature exitiū:

## ¶ Periocha.xiii.Iliados.

Conticuere omnes intentiōs ora tenebant  
Ennaratis omnibus (quaē in multiplice errore pertulerat) a pr.  
cipibus Phœaciæ uiris donis plurimis honoratur: quibus remi-  
gio & necessariis omnibus nauis instruitur: Dormiēsq; in itha-  
ca quietissima nauigatiōe deuehit. Atq; illic in portu patrio  
cum muneribus uniuersis quiescens & omnium ignarus expo-  
nit Phœacibus eo dormiente remeantibus.

## ¶ Periocha.xiii.Odyssæ.

Ereditur portu tenuis quo semita ducit.  
Somno expurgiscitus Vlysses portum & littus patriæ non si-  
ne animi cōsternatione cognoscit: admiraturq; ut aduectus: ut  
expositus: ut relictus sit: ut euncta nesciret: regrit uniuersa do-  
norū: quaē postq; in columnia uidet q; potest tutissime occultat:  
consiliisq; a Minerua confundatus ad seruum suum Eumæum  
subulcum simulatus accedit naufragii & mēdicantis imitatu.  
Interrogatus deinde quis esset: ait se esse CResum in ægypti  
nauigantem. Troiam fuisse delatū: Eumæum etiam cum affe-  
ctione mœstissima pergens: & cogēte deniq; uespere & imbie  
continuo sagulo amicitur: atq; ibidem multa secum uolens  
tādem CONcedit quieti.

## ¶ Periocha.xy.Odyssæ.

At lacedæmonias artes tritonia pallas  
Telemachus a Minerua per somnium cōmouetur: domū ut  
rediret: Maturoq; digressus cubili a menelao ueniam reuer-  
sionis exorat. qua comiter impertrata: regreditur ad nauem in  
portu Pylio manentem: pisistratoq; ad urbem atq; ad patriā  
emissio. ipse propere soluit e liatore comite nauigatiōis assū-  
pto Theoclymeno uate arguo. uno ex iis quos Melāpus Amy-  
thaonis erudiuit. Vitatisq; insidiatoribus procis aduehitur in  
patriam: & sociis quidem portum petere iussis: ipse adueiso iti-  
nere ad agrum Eumæumq; proficiscitur.

## ¶ Periocha.xyi.Odyssæ.

Cōmune Eumæus MApale & Dluus Vlysses.

Telemachus Eumæum nuncium redditus mittit ad matrē ipse  
Minerua: ita uolente patrem cognoscit: & cū co deinceps agē  
da disponit. Penelope autem cognito redditu filii in conuentū  
PRocorum qua uercundia sinebat egreditur in crepatiōisq; in-  
sidiatoribus filii non minus irata q; mœsta DIScedit.

deinde conueniunt: totamq; noctem mutuo sermone confundunt:& hic quidem elegans replicatio laborum quos Vlysses pertulit mira concinnatione colligitur.

**C**Periocha.xxi.Odyssæ.

Hic mentem dedit Icariaë Tritonia pallas.

Vlysses Eumæo & Philætio fidei eorum industriæq; cōfissus qui sit reuelat. Et postq; facta cognitio est:cædem procorū pro tempore instrui placet. Quos Vlysses astu aggreditur: ut iþm quoq; intendendo arcum uires seniles explorare patiaturq; uni quondam Vlyssi facilem (si quis intenderet) habiturus eēt præmium ius Penelopes nuptiarum. Sed prohibentibus pro cis ne id ridiculus & mēdicus auderet quod frustra iuuētas tālecta tentasset: dat Telemachus Vlyssi cæteris abnuentibus ex periēdi potestatem. Et hinc nascitur admiratio prima uirtutis: dedecore suo cæteris erubescētib;: quorum ignauiam senex mendicus arguerit;

**C**Periocha.xxii.Odyssæ:

Squallentes humeris habitus reiecit Vlysses.

Vlysses loco ultiore capto intendit arcum: omnibusq; foribus oculsis (ne qua pateret effugiu) plerosq; uino sauciostaut nouitate rei stupidos: aut quidlibet aliud meditantes conficit. Cum primum omnium confixisset. Antinoum: qui audacia & petulantia cæteros superaterat: Eumæus & telemachus & Philætius sumptis & ipsi armis egregia in consternatos cæde graſantur. Iamq; omnibus interemptis duobus tantū modo parcit Phemio citharedo: qui ministerii causa adhibitus: nihilominus in Vlyssis domo quod contumeliosum esset ediderat: & medonete:uni cuius modestie etiam. Telemachus suffragabatur: & qui cum Telemacho erant. Melanthium famulorū Vlyssis unum: qui PROcorum proteruiam semper armauerat cruciabiliter occidunt: Puellas inde. xii. quæ cum procis flagitiōse consueuerant: suspendio perimunt Vlysses cæde ad plenum perpetrate ignem adoler: incensoq; sulphure domum pia culo purgat.

**C**Periocha.xxiii.Odyssæ.

Chalcidicum gressu nutrix superabat anili.

Euryclia nutrix gestæ rei nuncia PEnelopeam de somno excitat. Quæ aduenientem ad se maritum non temere ipsum esse persuadet quadam cubiculi lege & genialis lectuli positu sibi tantum & Vlyssi cognito: an ipse sit maritus: explorat. In coitu

Tartaream VOcat in sedem cyllenius umbras.

PROcorum animas recenti & communī cæde cōgestas ceteruatum mercurius ad inferna compellit. Tunc circa Agamemnonem manes heroici congregantur. Miratiq; lectorum iuuenum gregem densitatem uno agmine cotheante causas iterationis accipiūt: Tum apud inferos quoq; uirtus Vlyssis & PEnelopes pudicitia prædicantur ab Agamemnone præcæteris: cui dispar fuerat in utraq; fortuna Vlysses ad laerem patrem i agrum profectus INopinatu & reditu & rerum gestarum relatu affectit senem: afficitur ab eo cognitu quas exanclasset eritas. subinde & patres procorum neces iuenum properant ut tum ire consilioq; & ui communicationis ante expectatū agro superueniunt. Sed eos jam comitatior Vlysses fundit FVgatq;. Verum gliscentibus odiis & maiore seditione aut tumultu spectato ex sententia louis in Ithacam Minerua descendit: & conciliata VTrinq; pace studia & motus partium rerum gestarum abolitione componit.

**C**Ausonii Periocha Iliados & Odyssæ Homeris.

Explicunt.

**C**SENTENTIAE SEPTEM SAPIENTVM SEPTENIS VERSIBVS EXPLICATAE.



**C**Bias Prieneus.

Væ nam summa boni? Mens quæ sibi conscienti recti.

Pernicies hominum quæ maxima? Solus homo alter.

Quis diues? q nil cupiet? Quis pauper? auarus.

Quæ dos matronis pulcherrima? Vita pudica,

Quæ casta est? De qua mentiri fama ueretur.

Quod prudentis opus? cum possit: nolle nocere:

Quid stulti proprium? non posse & uelle nocere?

**C**Pittacus Mityleneus.

Loqui ignorabit: qui tacere NEsciet

Bono probari malo: quam multis malis.

Demens superbis inuidet fœlicibus.  
Demens dolorem rider INFelicium.  
Pareto legi quisq; legem sanxeris.  
Plures amicos te secunda compares.  
Paucos amicos rebus aduersis proba.

**C**leobulus Lyndius.

Quanto plus liceat: TAm libeat minus.  
Fortunæ inuidiaæ est i meritus miser.  
Fœlix criminibus NVllus erit diu.  
Ignoscas aliis multa:nihil tibi.  
Parcit Q. Viq; bonis: prodere VVlt bonos:  
MAiorum meritis gloria non datur.  
Turpis sape datur forma minoribus.

**P**eriander Corinthius.

Nunquam DIScrepat utile a decoro.  
Plus est sollicitus magis beatus.  
Mortem optare malum:timere peius.  
Faxis ut libeat. quod. est necesse:  
Multis terribilis:caueto multos:  
Si fortuna iuuat caueto tolli.  
Si fortuna TOnat caueto mergi.

**S**olon Atheniensis.

Dico TVnc beatam uitam cum peracta facta sint:  
Par pari iugato coniunx:quod impar est dissidet.  
Non erunt honores unquam fortuiti muneris.  
Clam coarguas propinquum:palam laudaueris:  
Pulchrius multo parati:quam creari nobilem.  
Certa si decreta fors est:quid cauere prodent?  
Siue sint incerta cuncta:quid timere conuenit?

**C**hilo Lacedæmonius.

Nolo minor me timeat:despiciatq; maior  
Viue memor mortis immemor ut sis SAlutis  
Tristia cuncta exuperans aut animo aut amico  
Tu bene si Q. Vid facias non meminisse fas est  
Grata senectus homini Q. Væ parilis iuuentæ  
Illa iuuentus grauior quæ similis senectæ

**T**hales Milesius.

Turpe quid ausurus te sine teste time  
Vita perit:mortis gloria non moritur.

Quid facturus eris:dicere sustuleris.  
Crux est si metuas uincere quod nequeas.  
Cum uere obiurges sic inimice IVvas.  
Nil nimium satis est:ne sit & hoc nimium.

**D**e Septem sapientibus:Ex græco.

Septenis patriam sapientum:nomina:uoces.  
Versibus expediam:stua quemq; monosticha dicet;  
Chilo cui PAtria Est lacedæmon.Noscere se ipsum.  
Periander trepidam moderare corinthius iram:  
Et mitylenæs nimium nil Pittacus otis.  
Menfuram optimum ait Cleobulus lyndius in re.  
Expectare Solon finem docet ortus athenis.  
Plures esse Bias prauos:quem clara Priene.  
Miletii fugisse Thales uadimonia alumnus!

**A**usonii De.xii.laboribus Herculis.

Prima cleonæi tolerata erumna leonis.  
Proxima lernæam ferro & face contudit hydram.  
Mox erymantheum uis tertia perculit aprum.  
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.  
Stymphalidas pepulit uolucres discrimine quinto.  
Threiciam sexto spoliauit amazona balteo:  
Septima in augæi fabulis imperfa laboris:  
Octaua expulso numeratur adorea tauro:  
In diomedæis uictoria nona quadrigis:  
Geryone extincto decimam dat iberia palmam.  
Undecimo mala hesperidum districta triumpho.  
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

**I**n libro quē de fastis cōposuerat ad georgium.  
Ignota æternæ ne sint tibi tempora romæ

Regibus:& patrum ducta sub imperiis.

Digessi fastos:& nomina præperis æui:

Sparsa iacent latiam siqua per historiam.

Sit tuus hic fructus:uigilatas accipe noctes:

Obsequitur studio nostra lucerna tuo.

Tu quoq; uenturos per longum consere ianos

Vt mea cōgessit pagina præteritos.

Exemplo confide meo.sic protinus & te.

Applicet ausoniis purpura consulibus.

**I**n fine eiusdem libri additi.

Hactenus ascripsi fastos:si fors uolet:ultra'

Adiiciam: si non: qui legis: adiicies:  
 Scire cupis qui sim: titulum qui quartus ab imo  
 Quare: leges nomen consulis Ausonii:  
**C** De Eodem fastorum libro ad proculum.  
 Virbis ab æternæ deductam rege quirino  
     Annorum seriem cum procule accipies:  
 Mille annos centumq; & bis fluxisse nouenos  
     Consulis Ausonii nomen ad usq; leges  
 Fors ericet lustrum cum se cumulauerit istis  
     Confectam proculus signet olympiadem.

**C** Ausoniis Hesperio Salutem:  
**C** De.xii.Cæs.Per Suetoniū Tran.Scriptis.

Cæ sareos proceres (in quorum regna secundis  
 Consulibus dudum romana potentia CR euit)  
 Accipe bissenos: sua quenq; monosticha signant.  
 Quorum per plenam seriem Suetonius olim  
 Nomina:res gestas: uitamq; obitumq; peregit.  
**C** Monosticha De ordine.xii.Imperatorum.  
 Primus regalem patefecit Iulius aulam  
 Cæsar:& augusto nomen transcriptis & arcem.  
 Priuignus post hunc REGnat Nero claudius:a quo  
 Cæsar:cognomen caligæ cui castra dederunt.  
 Claudius hinc potitur regno.post quæ nero fævus  
 Ultimus æneadum:post hunc tres:nec tribus annis:  
 Galba senex frusta socio confusis inertis:  
 Mollis otho infam i per luxum degener ævit:  
 Nec regno dignus nec morte uitellius ut uir.  
 His decimus fatiq; accitus Vespasianus.  
 Et titus imperii fœlix breuitate:secutus  
 Frater:quem caluum dixit sua roma nerone*m*

**C** Tempus Imperii.xii.Cæf.  
 Julius ut perhibent diuus trieteride regnat.  
 Augustus post lustra decem sex prorogat annos.  
 Et ter septenis geminos nero claudius addit.  
 Tertia finit hyems crassanit tempora cai.  
 Claudius hebdomadē duplice trahit & nero dirus:  
 Tantundem sumæ consul: sed defuit unus.  
 Galba senex; otho lascivus; FAmose uitelli

Tertia uos latio regnantes nesciit EStas.  
 Interitus dignos uita properante probrosa.  
 Implet fatalem decadem sibi uespasianus:  
 Ter dominante tito cingit noua laurea ianum.  
 Quindecies SAeuis potitur dum frater habenis:  
**C** De mortibus eorum.  
 Iulius interit cæsar crassante senatu.  
 Addidit augustum diuis matura senectus.  
 Sera senex capreis exul nero fata peregit.  
 EXegit poenas de cæsare Cherea mollis.  
 Claudius ambiguo conclusit fata ueneno.  
 Matricida nero proprio se proculit ense.  
 Galba senex perit seuo prostratus othono.  
 Mox otho famosus clara: sed morte POTitus:  
 Prodigia succedunt perimendi sceptra uitelli.  
 Laudatum imperium mors lenis uespasiano.  
 At titus orbis amor rapitur florentibus annis.  
 Sera grauem PERimunt: sed iusta piacula fratrem.

**C** Tetraстicha A Iulio Cæs.usq; ad tempora sua.  
 Nunc & prædictos:& regni sorte sequentes  
     Expediam:series quos tenet imperii  
 Incipiam ab diuo:percuram q; ordine cunctos  
     Noui romanæ quos memor historiæ.

**C** Julius Cæsar.  
 Imperium binis fuerat solenne q; olim  
     Consulibus:cæsar Julius obtinuit.  
 Sed breue ius regni sola trieteride gestum:  
     Perculit armatae factio fæua togæ.

**C** Octavius Augustus.  
 Ultor successorq; dehinc Octavius idem  
 Cæsar:& augustinus nomine nobilior.  
 Longæua & nunq; dubiis uiolata potestas  
 In terris positum credidit esse deum.

**C** Tiberius Nero.  
 Prænomen Tiberi nauctus nero, prima iuuentæ  
     Tempora laudato gessit in imperio.  
 Frustra dehinc solo caprearum clausus in antro  
     Quæ prodit ui ciis credit opera locis.

**C** Caius Calicula.  
 Post hunc castrensis caligæ cognomine cæsar

Cur:duo quæ dederat:tertius eripuit:  
Vix tanti est habuisse illos:quia dona bonorum  
Sunt brevia:æternum:quæ nocuere:dolent:

**C**Nerua Imp.

Proximus extincto moderatur sceptra tyranno  
Nerua senex:princeps nomine:mente patens.  
Nulla uiro soboles:imitatur adoptio prolem  
Quam legisse iuuat:quam genuisse uelit.

**C**Traianus.

Agreditur regimen uiridi Traianus in ævo  
Bell'i laude prior:cætera patris habens.  
Hic quoq; prole carens sociat sibi sorte legendi  
Quem fateare bonum:diffiteare parem.

**C**Aelius.Hadrianus.

Aelius hinc subiit MEdiis præsignis in actis  
Principia & finem fama notat grauior.  
Orbus & Hic:SOciatq; Vlram documenta daturū:  
Adsciti quantum præmineant genitis.

**C**Antoninus Pius.

Antoninus abhinc regimen capit ille utocatu  
Consultuq; pius nomen habetis meriti.  
Filius huic fato nullus:sed'lege faorum  
A patria sumpsitus:qui tegeret patriam.

**C**M.Antoniūs.

Post Marco tutella datur:qui scita platonis  
FEcit ad imperium:patre pio melior.  
Successore suo moriens:sed principe prauo  
Hoc solo patriæ:quod genuit:nocuit.

**C**Commodus imp.

Commodus insequitur pugnis maculosus harenæ  
Threcidico princeps bella mouens gladio.  
Eliso tandem persoluens guttute pœnas.  
Criminibus fasalus matris adulterium.

**C**Aelius Pertinax.

Aeli iudicio & consulto leste senatus:  
Princeps decretis prodite non studiis.  
Quod doluit malefida cohors errore probato:  
Curia quod castris cesserat imperio.

**C**Didius Julianus.

Dii bene quod celeris didius non gaudet opimis:  
**F**

Successit saeuio saeuior ingenio.  
Cædibus:INcessisq; dehinc maculos & omni  
Crimine:pollutum qui superauit auum.

**C**laudius Cæsar.

Claudius irrisæ priuato in tempore uitæ,  
In regno SPecimen prodidit ingenii.

Libertina tamen nuptarum  
Non faciendo nocens:sed patiendo fuit;

**C**Nero Claudio.

Aeneadum generis qui sextus & ultimus heros  
Polluit & clausit iulia sacra nero.  
Nomina quot pietas:tot habet quoq; crimina uitæ:  
Disce ex tranquillo:Q Væ meminisse piget;

**C**Sergius Galba.

Spem frustrate senex priuatus sceptra mereti  
Visus es imperio proditus inferior.  
Fama tibi melior iuueni:sed iustior ordo est:  
Complacuisse dehinc displicuisse prius.

**C**M.Otho.

Aemula polluto gesturus sceptra neroni  
Obruitur celest'i raptus otho exitio.  
Fine tamen laudandus erit:qui morte decora  
Hoc solum fecit nobile.quod periiit:

**C**A.Vitellius.

Vitæ sors mors foeda tibi nec Digne uitelli  
Qui fueris cæsar sic sibi fata placent.  
Vmbra tamen breuis imperii Q Vi præmia regni  
Sæpe indignus ADit non nisi dignus habet.

**C**D.Vespasianus.

Quærendi attentus moderato cōmodus usu:  
Auget nec reprimit Vespasianus opes.  
Olim qui dubiam priuato in tempore FA mam  
Paraliis princeps transtulit in melius.

**C**Titus Vespasianus.

Fœlix imperio:fœlix breuitate regendi:  
Expers ciuilis sanguinis:orbis amor.  
Vnum dixisti moriens te crimen habere  
Sed nulli de te:NON tibi credidimus.

**C**Domitianus.

Hactenus edideras geminos gens flavia iustos:

Hydrus:chiron:thuriibulum quoq; piscis & ingens,  
Hunc sequitur pistrix:simul eridanisq; fluenta.

**C**In Notarium in scribendo uelocissimum,  
Carmen Dimetrum Iambicum.

Puer notarum pRæpetum

Solers minister aduola:

Bipatens pugilar expedi

Cui multa fandi copia

Punctis peracta singulis

Vt una uox absoluitur,

EVoluo libros uberes

Instarg; densæ grandinis

Torrente lingua perstrepit

Tibiq; nec aures ambigunt.

Nec occupatur pagina

Et mota PArce dextera

Volat peræquor cereum.

Cum maxime nunc proloquo;

Circumloquentis ambitu;

Tu sensa nostra pectoris

Vix dicta iam caris tenes,

Sentire tam uelox mihi

Velem dedisset mens mea;

Quam præpetis dextræ fugit;

Tu me loquentem præuenis.

Quis quæfio:quis me prodidit?

Quis ista iam dixit tibi

Quæ cogitabam dicere?

Quæ furta corde in intimo

Exercet ales dextera?

Quis ordo rerum tam nouus?

Veniat in aures ut tuas

Quod lingua nōdū ABSoluerit?

Doctrina non hoc præstitit;

Nec ulla tam uelox manus,

Celeripedis compendii

Natura MVnus hoc tibi

Deusq; donum tradidit

Quæ loquerer:ut SCires prius?

Idemq; uelles:q; uolo.

Et cito periuro præmia adempta seni:  
Tuq; seueri pater titulum ne horresce nouantis  
Non rapit imperium uis tua:sed recipit.

**C**Seuerus  
Impiger regelido mouet arma seuerus ab histro:

Vt parricidæ regna adimat didio:  
Punica ORigo illi:sed qui uirtute probaret  
Non obstare locum:cum ualet ingenium.

**C**Bassianus Antoninus Caracala  
Dissimilis uirtute patri:& multo magis illi

Cuius adoptio nomine tu perhibes.  
Fratri morte nocens:punitus fine cruento  
In risu populi tu caracalla magis.

**C**Oplius macrinus,  
Princeps hic custos sumptum pro cæsare ferrum

Verit in auctorem cæde macrinus iners.  
Mox cum prole ruit grauibus pulsare querellis

Cesset perfidiam que patitur meruit.

Antoninus Alagab alus  
Tunc etiam augustæ sedis penetralia fœdas

Antoninorum nomina falsa gerens,

Deficit reliquum

**C**De Mensibus & quattuor anni temporibus.

Aeternos menses & tempora quattuor anni

Quattuor ista tibi subiecta monosticha dicent.

Martius:aprilis:maius sunt tempora ueris:

Iulius:augustus:nec non & iunius æstas.

Septembri:octobri autumnus:totoq; nouembri.

Brumales:ianus:februarius atq; decembre;

**C**De Nominibus Stellarum

Ad boreæ partes:arditi iunguntur & anguis:

Post has arctophylax:pariterq; corona:genuq;

Prolapsus:lyra:auis:cepheus,& cassiopea:

Auriga & perseus:delrotoni: & andromedai astrū

Pegasus & delphin:telum:aqüila:anguitenensq;

Signifer inde subest:bis sex & sydera complent

Hic aries:taurus:gemini:cancer:leo:uirgo

Libra:scorpius:arcitenens:capricornus:& urnam

Qui tenet.& pisces hi sunt in partibus austri

Orion:procyon:lepus:ardens:figius:argo:

AVSONII BVRDIGALENSIS: VASSATIS MEDICI  
POETAE AC Præceptoris Gratiarum Actio ad Gratianū  
Imperatorem pro Consulatu.



Go tibi gratias Imperator Auguste. Si possem:  
et referre. Sed nec tua fortuna desiderat remu-  
nerandi uicem: nec nostra suggerit restituendi fa-  
cultatem. Priuatorum ista copia est inter se esse  
munificos. Tua beneficia ut maiestatis pcellunt.  
Ita mutuum non reposcunt. Quod solum igitur nostræ opis  
est: gratias ago. Verum ita: ut apud deum fieri amat: Sentiendo  
copiosius q̄ loquedo: Atq; non in sacrario MODO imperialis  
oraculi. Qui locus horrore tranquillo & paurore uenerabili ra-  
xo eundem animum præstat & uultum. Sed usq; quaq; gratias  
ago: tum tacens: tum loquens: tum in cœtu hominū: ipse me-  
cum: & tum uoce patui & cum meditatione secessi: omni loco  
actu habitu & tempore. Nec mirum: si ego terminum non sta-  
tu tam grata profitendi: cum tu finem facere nescias hono-  
randi. Quis enim locus est aut dies: qui non me huius aut simi-  
lis gratulationis admoneat? Admoneat autem? O ineitiam si  
gnificationis ignauæ. Quis inquam locus est: qui non benefi-  
ciis tuis agitet: inflammet? Nullus inquam imperator Augu-  
ste: quin admirandam speciem tuæ uenerationis incutiat: Nō  
palacium: quod tu cum terrible acceperis amabile præstisti:  
non forum: & Basilicæ olim negotiis plena: nunc uotis: Votis  
q; pro tua salute susceptis. Nam de sua: cui non te imperante  
securitas? Non curia honorificis modo læta decretis: olim sol-  
licitis mœsta querimoniis: Non publicū: in quo occurfus gau-  
dentium plurimorum neminem patitur solum gratulan? nō  
domus commune secretum: lectus ipse ad quietem datus. Be-  
neficiorum tuorum reputatione tranquillior: Somnus aboli-  
tor omnium imagines tuas affert. Ista autem sedes honoris  
Sella currulis gloria pompis imperialis officii in cuius me-  
fastigio ex qua mediocritate posuisti. Quoties a me cogita-  
tur uincor magnitudine & redigor ad silentium: non iigratus  
beneficiis: sed oppressus. Ades enim locis omnibus: nec iam mi-  
ramur licentiam poetarum: Qui omnia deo plena dixerunt:  
Spē superas cupienda præuenis: uota præcurris: Quæq; animi  
nostrī celeritas Diuum instar affectat: beneficis præeuntibus  
antecedit. Præstare tibi est q; nobis optare uelocius: Ago igit  
antecedit.

XLIII

gratias optimie Imperator: ac siq; huc sermonem meum iisdē  
uerbis tam sape repetitum inop̄e loquentis assignat: experiu-  
tur hoc idem proseq: sed nihil poterit proferre facūdus. Agū-  
tut enim gratiae non propter maiestatis ambitum nec sine ar-  
gumentis imperatori fortissimo: testis est uno pacatus anno:  
& Danubii limes & Rheni liberalissimo. Ostentat hoc diutis  
exercitus indulgentissimo: docet securitas erroris humani cō-  
sultissimo: probat hoc tali PR̄iceps orientis ordinatus p̄issimō.  
Huius uero laudis locupletissimum testimonium est pater di-  
uinis honoribus consecratus: instar filii ad imperium frater af-  
scitus: a cōtumelia belli patruis uindicatus: ad præfecturæ col-  
legium filius cum patre coniunctus: ad cōsulatum præceptor  
ELectus: Possum ire per omnes appellationes tuas. Quas oī  
uirtus dedit: quas proxime fortuna cōcessit: quas adhuc indul-  
gentia diuina meditatur: Voca germanicum deditio[n]e genti-  
lium: Alemanicum traductione capt̄orum. Vincendo & igno-  
scendo sarmaticum. Connesterem omnia merita uirtutis: &  
cognomina felicitatis: sed alia est ista materia: & suo parata fe-  
creto: cū placuerit signanter: & breuiter omnia quæ nouimus  
indicare nec persequi: ut qui terrarum orbē unius tabulæ am-  
bitu circumscribunt aliquanto detimento magnitudinis nūl  
lo dispendio ueritatis. Nunc autem quod diei huius propriū  
de consulatu gratias agam: sed procurrunt & aliae dignitates:  
atq; in uocem gratulationis erumpunt. Ac se prius debere pro-  
fitentur. Tot gradus nomine comitis propter tua incrementa  
congesti ex tuo merito te ac patre principibus quæstura com-  
munis: & tui tantum præfectura beneficii: quæ & ipsa nō uult  
uice simplici gratulari: liberalius diuisa q; iuncta cū teneamus  
duo itegrum: neuter desiderat separatum: sed illa(ut paulo an-  
te promisi) habebunt sui muneris peculiare secretum: Consul-  
latus hic meus orat atq; obsecrat: ut obnoxiam tibi uni sinas  
fieri eius dignitatem quem omnibus præstulisti. Quod quidē  
& ipse sibi iuenit gradus cum clarissimo viro collega meo ho-  
nore coniunctus: nuncupatione prælatus: consul ego Impera-  
tor Auguste munere tuo non passus septa. Neque campum:  
non suffragia: nō puncta: non loculos qui non præsaueram  
manus: nec cum salutantium confusus occursu: aut sua amicis  
nomina non reddiderim: aut aliena imposuerim: qui tribus  
non circumini: centurias non adulau: uocatis classib; nō in

F iii

tremui: nihil cūm sequestre deposui. Cum distributore nil pepi  
gi Romanus populus. Martius campus: equester ordoro stra:  
ouilia. Senatus: curia: unus mihi omnia Gratianus iure meo.  
Auguste maxime affirmare possum ī columni omnium gratia:  
qui ad hunc honorem diuersa unquam uirtute uenerunt: uē  
turiq; sunt. Suus enim cuiq; animus: suum meritū sibiq; mens  
conscia est: iure inquam meo affirmare possum: me mihi ui-  
deri a cāte: is esse secretum. Sunt quos uotorum cruciat ina-  
nitas. Non optauit quos exercet ambitus. Non petui: qui as-  
fiduitate exprimunt. Non coegi qui offerunt occasione. Non  
affu: quos iuuat opulentia: Obstat temporum disciplina. Nō  
emi: nec possum continentiam iactare. Non habui unum præ-  
stare tentauit: & hoc ipsum quasi meum uendicare nō possum.  
In tua enim positum est opinione: si merui. Fecisti autem &  
facies alios quoque cōsules piissime Gratiane: sed non & cau-  
sa parti viros gloria militaris: habent enim tecum ut semper la-  
boris ita dignitatis plarunq; consortium uirtutis q; honoris  
antiquiore collegio viros nobilitatis antiquae: dantur enī mul-  
ta nominibus: & est Roma pro merito: viros fide inlytos &  
officiis probatos: quorum me & si nō secerno numero: tamē  
quod ad honoris uiam pertinet ratione dispertio. Quaerit  
hunc gradum noui beneficii. Tu Auguste constitutus: defer-  
re tibi ipsi: quo alter ornetur bona animi tui ad alienam refer-  
re præstantiam: eruditionemq; naturæ: quam deo & patri &  
tibi debes ad alterius gratiam iectius reuorquere: quam ueris-  
us. Tua hæc uerba sunt a te mihi scripta soluere te quod de-  
bebas: & adhuc debere quod solueris: o mentis aureæ dictum  
bractearum: o de pectori candidissimo lacrei sermonis alimo-  
niæ: Quisq; ne tam parcus est in ostentatione beneficij: quisq;  
pondus gratiae suæ uim meriti profiretur alieni? quisq; deni-  
q; quod id uiget quasi ab obnoxio defera: ut preciū manuult  
uocare quam donum? Certent huic sententiae veteres illi: &  
Homeric oratores subtilis deducta oratione Menelaus: & in-  
star p̄fundē grandinis ductor Ithaceius: & melleo delibutus  
el equio iam tertiae Nestor ætatis. Sed neq; ille COnincinnius  
eloquetur: qui se laconica bruitate collegit: necq; ille contor-  
tius: qui cum sensibus uerba glomerauit: nec dulcius: cuius  
lenis oratio mulcendo potius quam extorquendo persuasit.  
Soluere te dicas quod debebas: & debitum esse cum solueris:

XLIII

auguste iuuenis: cæli tibi & humani generis rector hoc tribue-  
bat: ut prælatus antiquis: quos etiam elegantia sententiae isti-  
us antecessisti: uincas propria singulorum: In Menelao regi  
am dignationem: in Vlysse prudentiam. In Nestore senectus  
tem: Subiicer aliquis ista quidem adeptus es. Sed effare: quo  
merito? quid me Oneras sciscitor? rationem fœlicitatis ne  
mo reddit: deus & qui deo proximus tacito munera dispartit  
arbitrio: & beneficiorum suorum idignatus per homines sta-  
re iudicium: mauult de subditis dedisse miraculum. Quo in-  
quis merito? ego nullum scio, nisi quod tu piissime Impera-  
tor debere te dicas: & hoc debere latissime pertinet. Siue hoc  
eruditio[n]is tuae fœnus existimas. Sine sine fœnore gloriam  
liberalitatis affectas: siue te pondere conceptæ sponsionis exo-  
teras: seu fidei cōmissum patris exoluis: si u magnanimitate  
cælesti ostentatione suppressa dei munus imitaris. Debere te  
dicas: Cui? quando? quo nomine? lege syngrapham: nomina  
creditorem: accepti & expensi tabulæ conserantur. Videbis  
alio summae istius transire rationem: tibi coepit deus debere  
pro nobis. Quid autem mihi debes gratissime Imperator? Pa-  
titur enim humanitas tua: ut præter regias uirtutes priuata ap-  
pellatione lauderis. Quid tu mihi debes: & contra quid nō  
ego tibi debo? an ne quod docui? hoc ego possum uerius re-  
totquere dignum me habitum: qui docerem tot facundia do-  
ctrinaq; præstantes inclinata in me dignatione præteritos ut  
esser quem tu matura iam ætate subcinctum per omnes hono-  
rum gradus festinata bonitate proueheres: Timere ut vide-  
ris: ne in me uita deficeret: dum tibi adhuc aliiquid quod de-  
beres præstare superesset. Negat Cicero consularis ultra se ha-  
bere quod cupiat. Ego autem iam consul & senex: adhuc au[er]i-  
ditatem meam iam fateborte uidere sèpius in hoc magistra-  
tu Gratiane desidero: ut & Sex Val. Coruini & septem Caif  
Marii & cognominis tui Augusti redicem consulatus unus  
æquiperes: tibi plures potest ætas & fortuna tua præstare ue-  
rum ego in numero parciōr. Quia tu in munere liberalior:  
ipsum enim te sèpius hoc honore defraudas: ut & aliis largia-  
ris. Scis enim Imperator doctissime (rursum enim utar laude  
priuata.) Scis inquam septem ac decem Domitiani consula-  
tus quos ille inuidia alteros prouehendi continuando conse-  
ruit: ita in eius auditate derisos: ut hoc eum pagina fastorum  
suorum imo fastidiog; fecerit isolatē nec potuerit p̄stare fœlicē.

Indulgentia pateriætate filius i pietate utrumque.

Non possum fidei causa ostendere imagines maiorum meorum (ut ait apud Salustium Marius) Nec deductum AB heroiibus genus ad deorum stemma replicate: nec ignotas opes & patrimonia sparsa sub regnis: sed ea quæ nota sunt dicere potius quam prædicare. Patriam non obscuram: familiâ nō penitendam: domum innocentem: Innocentiam non coactam: ANgustas opes: uerū tamē libitis & liberis Dilatatas: frugalitatem sine sordibus: ingenium liberale: animum non illiberale: uictum: uestitum: suppellectilem: mūda non splēdida: ueteribus ut illis consulibus excepta: quæ tum erat Bellicarū collatione uirtutū si quis me cōferre dignet: seponat opulentia: non derogaturus industria. Verū quoniā gratiis agēdis iādudū succūbo materiæ. Tu Oratiōi meæ Gratiane succecede. Tu Gratiane q̄ hoc nomen sic p fortunā adeptus es: ut nemo uerius ambitione quæsierit. Neq; enim IVstius Metellus cognomento Pius patrē reuocato. Qui effet impius exuante: aut uerius Sylla sc̄elix: qui scelicior antequam uocatur: quam tu Gratiane: CVi & hoc nomen est: & illa Metelli Syllæq; cognomina: tu inquam Gratiane: qui 'hoc non singulis FActis: sed perpetua grate agendi benignitate meruisti: cui: nisi ab auo deductum esset: ab omnibus adderetur. Tu ipse tibi inquam pro me gratiam REser: tu tuæq; uirtutes: bonitas: qua in omnes prolixus es perpetuus in me: piezas: qua orbem tuum temperas. Quamq; in ueliscendo Partruō probas: tuendo in Fratre cumulas: Orando in præceptore multiplicas: Agat gratias clæmentia: quam humano generi impertis: liberalitas: qua ditas omnes: fortitudo: qua uincis: & mens ista aurea: Q Vam de cōmuni deo plus quam unus hausisti: agant & pro me gratias uoces omnium: galliarum: Quārum profecto hanc honorificentiam detulisti. VItra progredior: & hoc quia debere te dicas: Agat quæ optime agere potest uox ista: quam docui. Iam dudum autem quā gratiā animis: T Am sermonis exiguitut supradictum est: succūbo materia: neq; adhuc illa perstrinxit: quæ ne infantissimus qđes: nisi idē IMpiissimus eminētia p famā: & oium gaudiis testata supprimet: t:q; supra uires dicendi meas posita cūctor attingeret: aut ingratī crimine arguēdus: aut temerarii pfectiōe culpan dus: tñ alterum cū subeūdū sit: audaciā quā maliuolentiā maslo reprehendi. Tu Auguste uenerabilis dictus maximo beilo

Quod si principi honoris istius temperata: & quæ uocatur aurea: DEbet esse mediocritas. Quid PRiuatis STatus hominibus? Quid æquaminis? Quid iam senibus erga se oportet esse moderaminis? Ego quidem: quod ad honores meos pertinet: & uota saturauit. Tu tamen Imperator optime. Tu piis simē. Tu quem non fatigat liberalitas: nisi quando cessauit. Tu inquam indulgentissime Gratiane: ut ad beneficiendum subito es: nec opinus ingenio: adhuc aliquid quod hoc nomine mihi præstet inuenies. sic intellexere omnes: sic nobis ordinem ipse fecisti: sic amicus deo es: ut a te iam imperatrū sit: quod optatur AB ALiquo: & quod nondum optamus: adipiscitur. Et rursum aliquis adiicit aut sermone Libere: aut cogitatione liberius. nonne olim & apud ueteres multi eiusmodi doctores fuerunt? an tu solus preceptor Augusti? immo ego cum multis CONiunctus officio: sed cum paucissimis secretus exemplo. Nolo Constantini temporum T Axare collegas: Cæsares docebantur: superiora extinguam: diues senecca nec tamen consul arguetur rectius: quam prædicabitur: nō erudiisse indeolem Neronis: sed AR massæ ſæuiciam: Quintilianus consularia per clæmentem ornamenta fortitus: honestamenta nominis potius uidetur: quam insignia potestatis habuisse: quomodo Titianus magister: sed glriosus ille municipalem scholam apud Vifontionem lugdunumq; uariando ætate quidem: sed uilitate cōfenuit. Vnica mihi & amplectenda est Frontonis imitatio: quem tamen Augusti magistrum sic consulatus ornauit: VT præfectura non cingeret: sed consulatus ille cuiusmodi? ORdinario suffectus: bimestri ſpacio interpositus: in ſexta anni parte conſumptus: quærendum ut reliquerit tantus orator quibus consulibus geſſerit consulatū: ecce aliud quod aliquis opponat: In tanti ergo te oratori ſasti glriosus attollis: cui talia requirenti respondebo breviter: Non ego me contendō FRontoni: sed Antonino præfero Gratianum. CElebrant quidem ſolemnēs iſtos dies OMnes ubiq; urbes quæ ſub legibus agunt: & Roma de more: & Constantinopolis de imitatione. Anthiochia p luxu & Carthagō Dlscinta & DOMus FVlminis Alexandria ſed Treuixi principis beneficio: & mox cum ipso auctore benefici loca inter ſe diſtant: uota conſentianti Vnus in ore omnium Gratianus: potestate Imperator: uirtute uictor: Augustus sanctitate: Pontifex religione.

rum? sed ad PLaniora festino. Ab hac enim litteratum ad me  
datarum parte digressus: eo quoq; descendisti: ut quaereres.  
qualis ad me trabea mitteretur. Omne largitionū tuarum mi-  
nisterium sollicitudine fatigasti. Non ergo supra consulatum  
mihi est adhibita per te cura tam diligens.

Pro me cura tam fœlix: illyrico arma quatuntur.

Tu mea causa per Gallias ciuilium D'Ecorum INdumenta  
dispensas. Loricatus de toga mea tractas. In procinctu & ma-  
xime dimicaturus palmatæ uestis meæ ornamenta disponis  
fœliciter & bono omni. Namq; iste habitus ut in pace consu-  
lis est. Sic in uictoria triumphantis. PARuin est: si qualis ad  
me trabea mittatur: interroges: te coram promi iubes. Nec  
satis habes: ut largitionum ministri ex more fungantur. Eli-  
gis ipse de multis: & cum elegeris munera tua uerborum ho-  
nore perequeris. Palmatam inquis tibi misi; in qua diuus Cō  
stantinus parens noster intextus est. Me beatum: cuius insigni  
bus talis cura præstet. Hæc plane. Hæc est picta: ut dicitur. ue  
stis non magis auro suo: quā tuis uerbis. Sed multo plura sunt  
in eius ornatu quæ per te instructius intelligo. Geminū quip-  
pe in uno habitu radiat nomen augsti. Constantinus in ar-  
gumento uestis intexitur. Gratianus in muneri honore sen-  
titur: accessit tam impenso beneficio tuo pondus quorundā  
sciscitatiōe cumulatum' interrogatus quem priorem decerne-  
res consulem. Nec dubitandū esse dixisti tu & qui tecum boni  
sunt dubitare non poterant. Sed tamē ad hoc dictū exercent  
animos: q libenter clarissimū uige collegā meū: quē præsentē  
habebat occasio prælatū credidissent. Fatigantes tñ quo intel-  
lexerant reqrebant. Hic tu sicut mihi renunciātū est: noto illo  
pudore tuo paulisper hæsistī: non rationis ambiguus: sed eortā  
dubitatem uultu: & rubore cōdemnans. Qui studiū suum  
interpretatiōis errore palpabat. Deinde illico subdidisti. Quid  
de duobus consulibus designatis queritis. Quis ordo sit nū-  
cupationis? An ne alium quā quē præfectura cōstituit. Of cēl-  
tem uerecūdiā tuā: cui ista popularis ratio tā prudenter occur-  
rit. Scisti aliud Gratiane quod dices? Sed ppter quorundā ue-  
recūdiā dicere uolūsti. Scrupulosus hic mihi locus est. Et pro  
pter eā (q nunq; appetui) gloriā recusandus. Cū prior renūcia-  
tus sim? Satis est tuū tenere iudiciū. Interpretes ualete meri-  
torū. Neq; aut̄ ego sacratissime Imperator in tenui bñficio gra-  
dū nūcupatiōis amplector. Nū, ē hæc gloria ignota Ciceroni.

afflūtūtibus tot milibus barbarorum: quibut danubii ora p̄d  
textur: comitia consulatus mei armatus exercēs: tributa ista.  
quod in urbe syrmio geruntur. An ut quod in p̄cinctu cen-  
turiata dicentur: an ut quondam pontificalia uocabuntur sine  
arbitrio multitudinis sacerdotū tractata collegio sic potius sic  
nocetur. Quæ tu pontifex maximus deo participatus habuisti:  
Non est ingenii mei piissime. Imp. talia comminisci: uerba sunt  
litteratum tuarum quibus apud me auctoritatem summi nu-  
minis: & ut tuæ uoluntatis amplificas: sic enim loqueris: cū de  
cōsulibus in annum creandis sołus mecū uoluntarē (ut me no-  
sti) atq; VT facere debui: ut uelle te sciuī: consilium meum  
ad deum rettuli: eius auctoritati oblectus: te consulem de-  
signauī & declarauī: & priorem nūcupauī. Cuius orationis  
ordo lucidior: quæ doctrina tam diligens propriis comitiorū  
uerbis loqui: nec uocabulis moris antiqui nomina peregrina  
miscere? Valete modo classes populi: & urbanarum tribuum  
prærogatiæ: & centuriæ iure reuocatæ quæ comitia plenio-  
ra unquam fuerunt: quam quibus praestitit deus consilium.  
Imperator obsequium: & nunc ego piissime Imperator ne  
FAstigium auditorii sacri dictorum tuorum timidus inter-  
pres offendam: diuinitatis tuæ prolem cū piaculo uerba trā-  
curro: Cum de consulibus inquis in annum creandis: emi-  
ditā uox: & CVM SOLus mecum uoluntarem: o profundi  
altitudo secreti: habes ergo consiliatorem: & nō metuis pro-  
ditorem. Ut me nosti: ut facere debui: ut uelle te sciuī. Quid  
familiaiuī? Quid constantius? Quid dici blandius potest.  
Consilium meum ad deum RETtuli. Et quemadmodum so-  
lus: cui præsto est tam grande concilium? An plenius cum se-  
natū cū equestri ordine: cū plebe Romana cum exercitu tuo  
& prouinciis omnibus D'Eliberasses? Consilium meū ad deū  
rettuli. Non ut credo nouum sumeres: sed ut sanctius fieret:  
quod uolebas eius auctoritati obsecutus: scilicet ut in conse-  
crando patre i ulciscendo patruo: in cooprando fratre fecisti:  
TE consulem designauī & declarauī: Et priorem nūcupauī:  
quis hæc ue: ba te docuit? ego tam propria & tam latina ne-  
sciuī: designauī: & declarauī: & nūcupauī: non fit hoc tem-  
tere: habet moras suas dispartitis gradibus tam matuра cun-  
ctatio. Has ego litteras tuas in omnibus pilis atq; porticibus  
(unde de piano legi possint) instar edicti pendere mandauerō.  
Non ne tot statuis honorabor: quot fuerint paginæ libelloꝝ

collegerat ut diceret in equitādo uerbera. Et præcepta esse fū-  
 gæ. Et præcepta sistendi. Obscurum hoc nobis legētibus erat.  
 Intelleximus te uidentes: cum idem arcum intenderes: & habe-  
 nas remitteres. Aut equum segnius euntem uerbere concita-  
 res: uel eodem uerbete intemperatiā coerceres: qui te uisi sūt  
 hoc docuisse non faciunt. Imo qui uisi sunt docuisse: nunc di-  
 scunt. In cibis autem cuius sacerdotis abstinentior ceremonia?  
 In uino cuius SEnis mensa frugalior? Operto cōclausi tui nō  
 sanctiora ara uestalis. Non pontificis cubile castius: nec pului-  
 nar FLaminis tam pudicum. In officijs amicorum non dico  
 paria reddi anteuenis. Et quotiēs in obsequēdo præcedimus.  
 Erubescis pudore tam obnoxio: quam in nobis eē deberet ab  
 imperatore præuentis. In illa uero sede (ut ex more loquimur)  
 consistorii. Ut ego sentio: sacrarii tui: nullus unquā superiorū  
 aut dicenda penitus cogitauit. Aut consultius cogitata dispo-  
 sit. Aut disposita maturius expediuit. Et aliquam de oratoriis  
 uirtutibus tuis dicerem: nisi uererer mihi gratificari. Non enī  
 Iulpius actior in concionibus: nec maiores gracchi commen-  
 dabilior modestia fuit. Nec patris tui grauior auctoritas. Qui  
 tenor uocis: cum incitata pronuncias? Quæ inflexio: cum re-  
 missa? Quæ temperatio: cum utraq dispensas? Quis oratorū  
 lēta iocundius? Facunda cultius? Pugnantia densius? Densa-  
 ta glomeratus? Aut dixit: Aut quod est liberū: cogitauit. Vel-  
 lem si RERum natura pateretur xenophon attice in æuū no-  
 strum uenires: tu qui ad cyri uirtutes exequēdas uotum potius  
 quam historiam commodaſti. Cum dices: non qualis esſet:  
 sed qualis esse deberet. Si nunc in tempora ista procederest in  
 nostro gratiano cerneret: quod cyro tuo nō uideras: sed opta-  
 bas: Atq; ista omnia quasi punctis quibusdā acuminata signa-  
 ui. Si facundia pro uoluntate suppeteret. Quāquam nō copio-  
 sus exequerer ubertatē ſtilo retū magnitudine ſuggerēte: Sed  
 nec huius diei: Nec huius ista materiae. Qui dicturi eſtis lau-  
 des principiſ nostri: habetis uelut ſeminarium. Vnde oratio-  
 num ueſtrarum iugera compleatis: Ego iſta perſtrinxī: Atq; ut  
 ſciunt omnes poſſum uideri familiaris notiæ ſecretus inter-  
 pretes. Domestica iſtæc: Non tam prædicare quam prodrere. Atq;  
 ut iſta dixi de cognitiſ mihi atq; intra aulam familiaribus.  
 Poſſem & foris celebrata memorare: Niſi omnia omnes & ſe-  
 peratim ſibi quisq; nouiſſet. Poſſem pari breuitate dicere ſupe-  
 riora: Emendatissimi uiri eſt pigenda nō facere: At tu nunquā

Prætori me inquit populus romanus p̄imum fecit: conſu-  
 lem priorem. Ex ipſa eius ſententia intelligitur commendabi-  
 lius ei uideri uni quā pluribus eſſe præpoſitum: nulla enim eſt  
 quidē contumelia ſecundi: ſed ex duobus gloria magna præ-  
 lati. Alexandri macedonis hoc fertur: cum legiſſet illos ho-  
 mericos uerſus. Quibus hec torē prouocante E nouē duſibus  
 qui omnes pugnare cupiebat: unum deligi placet fortis euē-  
 tu: trepidā ubi conceptione uotorum Iouem optimum maxi-  
 mum totus precatur exercitus. Ut Aiacem uel Tydei filium  
 aut ipſum regem ditium mycenarum fortiri patiatur Agamē-  
 nonem. Occiderem inquit illum qui me tertium nominasset:  
 O magnanimitatē fortissimi uiri: nominari inter noueni ter-  
 tius recuſabat: ubi certe pluribus antecelleret, quam ſubefſet.  
 Quanta hic uerſuſia grauaretur posterior de duobus. Eſt  
 enim in hoc numero arduæ plena dignationis electio: cum  
 uniuersis mortalibus duo qui ſiant consules preferuntur. Qui  
 alteri præponitur non uni. Sed omnibus ANteſertur. Expe-  
 ctare nunc aures præſentium ſcio. Et eminere in omnium  
 uultu intelligo. Quod desiderio concipientur animorum.  
 Existimant enim cum ea quæ ad grates agendas pertinebant  
 ſummatim TEnuiore filo (ut dicitur) deducta libauerim. Ali-  
 qua me etiam de maleſtatis tuæ laudib⁹ debere perſtringere.  
 Quanquam me iſtam dixerim ſepofuſſe materiam. Et in tē-  
 pus aliud reſeruare. Nihilominus tamen ut nunc aliqua con-  
 tingam nutu & prope murmure cohortantur. Itaq; faciā. quā  
 do cogūt VOLentem: Sed maioribus ſeparatis tenuiora me-  
 morabo. Nulla ſpe ad plenum excuſandi. Sed uniuersi ut in-  
 telligant: eorum quæ intus prædicanda ſunt: a me poſcendā  
 eſſe noticiam ab aliis dignitatem. Nec excellentia. Sed quo-  
 tidiana traſtabo. Nullum tu unq; diem ab adolescentia tua  
 niſi adorato dei numine & reuſ uoti & illico absoluteg⁹ egisti  
 lauitis manibus. Mente pura: immaculabili conſientia: Et  
 quod in paucis eſt: cogitatione ſincera: Cuius autem unq; egrēſ  
 ſus auſpicatiō fuit? Aut incessus modeſtior? Aut habitudo co-  
 hibitor? Aut familiaris habitus condecentior? Aut militaris  
 accinctior? In exercendo corpore quis curſum tam perniciter  
 incitauit? Quis paleſtram tam lubricus expediuit? Quis fal-  
 tum in tam ſublime colligit? Nemo ABductiſ iacula con-  
 torſit: nemo ſpicula crebrius iecit. Aut certius destinata percuſ  
 fit. Mirabamur poetā q; iſtenos dixerat numidas. Et alteq; q; ita

Neceſſe est tamen aliquid comparari. Ut poſſit intelligi bona noſtra quo præſtent. Egrotantes amicos Traianus uifere ſolebat hactenus in eo comitas prædicanda eſt. Tu & uifere ſolitus: & mederi. Præbes ministros. Inſtruis cibos: fomenta diſperſas: ſumptum adiicis medellarum. Conſolaris affectos: reualeſcentibus gratularis. In quo tuas de una eius humanitate progrederis. Legionibus uniuersis: ut in communī marte euenit. Si quid aduersi acciderat. Vidi te circum ire tentoria: ſatin ſalutē querere. Tractare uulnera fauitorū. Et ut ſalutiferæ Apponentur medellæ: atq; ut non ceſſaretur: inſtare. Vidi quosdā fastidientes cibum te commandante ſumpſiſte. AVdiui conſimantia ad ſalutem uerba profari: occurrere deſideriſ ſingulorum: huius ſarcinas mulis aulicis uehere. His ſpecialia iumenta præbere. Illis ministeria perditionum instaurare lixarum: aliorum egestatem tollerare ſumptu: horum nuditatem uelare uerſtitu. Omnia agere indeſeffe & benignepietate maxima. Oſteatione nulla: omnia præbere ægris: Nihil exprobrate fanatis. Inde cūtis ſalute noſtra carior factus meruisti: ut haberes: amicos: OBnoxios: promptos: deuotos: fideles: in æuum omne mansuros. Quales charitas potius quam fortuna conciliat. Cōcludam deinceps orationem meam piissime Auguſte. Sermo nis magis ſit quam gratiae: namq; illa perpetua eſt: & ſpacio non transmeabili. terminum calcis ignorat: flexu tamen paruo nec a te pcul conuertar ad deū: Aeterne oium genitor: Ipſe nō genite opifex. & cā mūdi. Prícipio antigor. fine diuturnior. Qui templa tibi & aras PEnetalibus initiatorum mentibus condidisti. Tu gratiano humanarum terum domino: eiusmodi ſemina nostri amoris inoleſti. Ut nihil in digreſſu ſegnior factus: meminiſſet & relicti. illuſtraret absentem. Præſentibus anteferret: dein quia intereffe primordiis dignitatis per locorum intetualla non poterat. Ad ſolemitatem condendi honoris occurreret beneficiis ne deeffet officium. Quæ enim memoria: MEmoria INquam tranſcurſum tantæ celeritatis: uel in audacibus Græcorum fabulis commenta eſt? Pegasus uolucr actus a lycia non ultra ciliciam permeauit. Cyllarus atque arion inter argos nemeamque ſeuuerunt. Ipsi caſtorum equi. Quod longiſſimum IIer eſt. Non niſi mutato uectore tranſcurrunt. Tu Gratiane. Tot Romani Imperii limites. Tot FLumina & Lacus: Tot ueterum interſepta regnorum: ab uſq; Thracia per totum(quam

pœnitenda fecisti: Et ſemper ueniam pœnitentibus obtulisti: pulchrū eſt indulgere timentibus. Sed tu perpetuæ bonitatis edictis occurriſti omnibus: ne timerent. Magnificū largiri honores: tu honoratos & liberalitate ditarſti. Laudabile eſt Imperatorem faciles interpellatibus præbere aditus: nec de occupatione cauari. Tu cōfirmas adire cūtantes et querimoniis explicatis. Ne quid adhuc fileatur: interrogas. Celebre fuit titi cæſaris dictum perdidisse ſe diem: quo nihil boni fecerat. Sed celebre fuit: quia uespasiani ſuccelſor dixerat. Cuius nimia parsimonia: & auſteritas uix ferēda miram fecerat filii lenitatem. Tu ualentiano genitus: cuius alta bonitas: præſens comitas. Temperata ſeueritas fuit: parto & condito optime rei publicæ ſtatū intelligis poſſe te eſſe leniſſimum. Sine diſpendio disciplinæ. Neq; uero unum aliquod bonum uno die preſtas. Sed indulgentias ſeculares per ſingula horarum momenta multiplicas. Vel illud unum cuiuſmodi eſt de condonatis residuis tributorum? Quod tu quamcumulata bonitate fecisti? Quis unquam imperatorum hoc prouinciis suis aut uberiore indulgentia dediſt? Aut certiore ſecuritate proſpexit? Aut prudentia cōſultio remuniuit: fecerat & Traianus olim: ſed partibus retentis: non habebat tantā oblectationem confeſſi debiti portio. quanta ſuberat amaritudo ſeruati. Et antoninus iduſerat: ſed imperii non benefiциi ſuccelſor inuidit. Qui ex documentis tabulisq; populi condonata repetiuit. Tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere iuuiſisti. Videre in suis quæq; foris omnes ciuitates conflagrationē ſalubris incendii: Ardebat stirpes fraudum ueterum. Ardebat ſeminaria futurarum. iam ſe cum puluere fauilla miſcuerat. Iam nubibus fumus inuoluerat: Et adhuc obnoxi in paginis COncrematis duetus apicum & ſex ſerziorum notas cum iuuantia de ratione cernebat. Quod meminerant leſtum legi poſſe & ueteres. Quid te Imperator auguſte indulgentius? Quid poſteſt eſſe cōſultius? Quæ bona præſtas: efficiſ ne caduca ſint. Quæ mala adimis: proſpicis ne poſſint eſſe recidiua. Hæc prouincialibus indulgentiæ bona: Quid illa noſtro ordinis? Quid illa militibus antoninorum COniſtas fuit? Et iam inde germanicorum cohorte amicorum & legionibus familiaris humanitas. Sed ego nolo beniuolentiam tuam aliorum collatione præcellere. Abundant in te ea BOntatis & uirtutis exempla: quæ ſequi cupiat tientura posteritas. Et ſi rerum natura pateretur: adſcribiſibi uoluifſet antiquitas.

longus est) locum illyrici. Veretiam Iyguriāq; & galliam ueterem. Insuperabilia rhetiae: theni accolas: sequanorum inuia: porrecta germanie: celeriore transcurso quam est properatio nostri sermonis euoluis: nulla requie ocii: ne somni quidē. Aut cibi munere liberali. Ut gallias tuas inopinatus illustres: ut cōsulem tuum quāuis desideratus anticipes: ut illam ipsam (quā auras praecedere solet) famam facias tardiorē. Hoc senectuti meāe: hoc honori a te datum. Supremus ille imperii & consiliorum tuorum deus conscius: & arbiter: & auctor indulxit: ut sellam curulem cuius sedem frequēter ornabis: ut praetextam meam purpurā tuā luce fucatam: ut trabeam non magis auro suo quam munere tuo splendidam. Quā ab illyrico sermonis dignitas honestauit: apud gallias illustriora præstares: quā storem: ut tuum præfectum ut tuo prætorio consulem tuū. Et quod adhuc cunctis meis nominibus anteponis: præceptorē tuum quem pia uoce declaraueras: iusta ratione prætuleras: liberali largitate ditaueras: Augustæ dignationis officiis consecrare.

**C**Finis Gratiarum actio De consulatu.  
Apud Gratianum Augstum.

**C**De Monosyllabis opus. Paulino suo.

**I**SI AD TE TECHNOPAEGNION IN-  
ertis ocii mei inutile opusculum. Versiculi sunt  
Monosyllabis coepi: & monosyllabis terminati:  
nec hic modo stetit scrupula difficultas: sed accessit ad miseriam Cogitandi: Ut idem monosyl-  
labon quod esset finis extremi uersus: principiū fieret in sequentis. Dic ergo o mora & o poena rē uanā: quippe cura exigua est. Et fastiditur inconnexa & implicatur. Cum sit aliquid nihil uel deprehenditur. Laborui tamen: ut habeat aut historicon quippam. Aut dialecticon. Nam poeticam uel sophisticam leuitatem necessitas obseruatiōis exclusit: Ad summam non est: quid mireris: sed paucis litteris additis: est: cuius miserearis: neq; emulari uelis: & si huc quoq; descēderis: maiorem molestiam capias ingenii & facundiae detrimētum: quam oblectationem imitationis affectu.

**C**Versus Monosyllabi coepi & finiti ita ut a

Fine uersus ad principium recurritur.

Res hoium fragiles alit: & regit: & perimit: fors.  
Sors dubia aeternūq; labas quā blāda fouet spes.

Spes nullus sine fine æuo: cti terminus est  
Mors auida INfemi REGis QVĀ Lōga p̄mit  
Nox sortita uices: remeauerit aurea cum  
Lux dono concessa deum: cui praeuius est.  
Sol cui nec furto ueneris latet armipotens  
Mars nullo de patre satus: quem thressa colit  
Gens instrena uirum: qbus in scelus omne ruit  
Fas hominem mactare sacris: ferus iste loci  
Mos ferus audacis populi: quem nulla tenet  
Lex naturali quam condidit imperio  
Ius genitum pietate hominum: ius certa dei  
Mens quā cælesti sensu rigat EMeritum  
Cor uegetū mūdi instar habēs animæ uigor ac  
Vis tñ hic nulla est uerum est locus & nihili

mors.  
mox.  
lux.  
sol.  
mars.  
gens.  
fas.  
mos.  
lex.  
ius.  
mens.  
cor.  
uis.  
res.

**C**Præfacio q̄tum ad hæc Monosyllabarum genera.

**T**in ueteri uerbo est: sequitur VEx HIemem: ubi iam similiūm nugaru subtexero nequitiā: & hi uersiculi monosyllabis terminantur: exordio tamen libero: quanq; fine legitimo: sed labouari: ut quantum posset uideri apud aures idulgētissimas absurdas concinerent: insula resiperent. Hi uersiculi cōgruerent. deniq; haberent & amaram dulcedinem: & INamēnia uenerem & asperam lenitatem. Quā quidē omnia quoniam insuavis materia deuenustat: lectio benigna cōciliat. Tu quoq; mihi tua crede securior quippe meliora: sed ut quod p adagionē cœpimus puerbio finiamus: mutuū muli SCabūt.

**C**Versus Monosyllabis terminati exordio libero.

Aemula diis: NA Turæ imitatrix omniparens ars.  
Pacato ut studeat labor hic meus est operi dux.  
Arcta īamœna licet: nec congrua carminibus lex.  
Indice sub tanto fandi ramen accipiet ius  
Quippe & ridiculis data gloria: ni prohibet fors.

**C**De Membris Hominum.

Indicati in pueris septēnia prima nouis dens  
Pubentes annos robustior anticipat uox.  
Inuicta & uentis & solibus est hominum frons.  
Edurum nerui cum uiscere consociant os.  
Palpitat IRR equies. uegetū. teres. acre. calēs cor.  
Vnde uigent sensus: dominatrix quos uegetat mens.  
Atq; in uerba refert modulata lege loquax os.

Quam ualidū est hoīs quota portio ceruleū  
Quam tenuē & molē : quantā fēit corporeā  
Pondere sub quanto nostrum moderatur iter

fel?

CRus?

pes?

¶ De inconnexis.

Sæpe in coniugibus fit noxia : si nimia est  
Sexus uterq; potens : sed præualet imperio  
Qui recte faciet : non qui dominatur erit  
Vexat amicitias : & foedera dissociat  
Incipe qcquid agas : pro toto est prima operis  
Insinuat cælo : diisq; inserit emeritos  
Et disciplinis conferta est : & uitiiis  
Urbibus in tutis munitior urbibus est  
Auro magnus honos : auri precium tamē est  
Longa dies operosa uiro : sed temperies  
Qua caret aethiopum plaga peruigil irrequies  
Semper ubi æterna uertigine clara nitet

dos.

MAs.

rex.

lis.

paris.

laus.

urbs.

arx.

æs.

nox.

gens.

lux.

¶ De monosyllabis Deorum.

Sunt & cælicolum monosyllaba prima deum  
Quæ themis est graiis : post hāc ihea : q latiis  
Tum Louis & consi germanus tartareus  
Et qui quadriugo currū pater inuehitur  
Quiq; truces belli motus ciet armipotens  
Quem nunq; pietas : nunq; bona sollicitat  
Nec cultor nemorum reticibere menalide  
Nec genus hoc domuū lar VNde progenitus  
Fluminibusq; italis præpollens sulphureus  
Quæq; piat diuum periuria nocticolor  
Veluoliq; maris Confrator leuconotos  
Et nunq; in dubiis hominum bona destituens

Fas.

ops.

dis.

Sol.

mars.

pax.

pan.

lar.

nar.

styx.

libs.

spes.

¶ De Cibis nostris.

Nec nostros reticebo cibos : quos priscus hēt.  
Irritamentum quibus additur aquoreum  
Olim communis pecori cibus atq; homini  
Ante equidem campis q spicae suppeteret  
Mox : ador atq; adoris de polline pultificum  
Instruxit mensas quo quondam romulidum  
Hinc cibus hinc potus : cum dilueretur aqua  
Est inter fruges morsu piper æquiperans  
Et pelusiaco de semine plana teres  
Et duplii defensa putamine quinquegenus

mos.

sal.

glans.

frux.

far.

plebs.

puls.

git.

lens.

nux.

Quodq; cibo : & potu : placitū laborācer apū  
Naturæ liquor iste nouae : cui summa natat

mel.

fex.

¶ De Historiis.

Solamen tibi Phœbe nouum dedit cœbalius  
Flore alio reus est narcisi morte sacer  
Cædis adoneæ mala gloria fulmineus  
Periurum lapitham lunonia ludificat  
Ludit & æacidem parnasia delphicolæ  
Et furiata œstro tranat mare cimerium  
Non sine amadryadis fato cadit arborea  
Quo generata uenus : saturnia desecuit  
Sæua inter rupes scythicas stetit altibus  
Vnde prometheo de corpore sanguineus  
Aspergit cautes : & dira aconita creat  
Ibicus ut periit uindex fuit altiuolans  
Æacide ad tumulū mactata est andromachæ  
Carcere in argiuo philopœmena lenta adiit  
Sera ueterato potu abstulit hanibalem  
Ulrix flagrauit de rupibus euboicis

flos.

fons.

sus.

nubs.

sors.

bos.

trabs.

falx.

crux.

ros.

cos.

grus.

glos.

mors.

nex.

fax.

¶ De Quibusdam fabulis.

Stat Louis ad cyathum: generat quæ dardanius  
Præpetibus pénis super aerea uectus homo  
Intulit incestam tibi uim philomena ferus  
Barbarus est lydus : seruus geta : fœmineus  
Res asiae quantas loero dedit imeritas  
Nota IN POrtentis thebana tricorporibus  
Nota & patuorum cunis muliebre ſcelus

tros.

cres.

thrax.

phryx.

fraus.

sphinx.

stryx.

¶ De commoditate quæ tempore ueris habetur.  
Annus ab exortu cum floriferum referat  
Cuncta VIgent:nemus oē uiret:nitet auricomū  
Et passura umbras radicitus : exiguitur  
Non denso ad terram lapsu glomerata fluit  
Florū spirat odor : libani ceu montis honor  
